SPLENDIDISSIMI
Iurisconsulti
DOMINI HIERONYMI CAGNOLI
EQVITIS ET ILLVSTRISSIMI SABAVDIAE DVCIS SENATORIS,

In Constitutiones & Leges Primi, Secundi Quinti, & Duodecimi Pandectarum (quarum capita sequens pagina indicat) aurearum enarrationum Liber primus, Summariis, Numeris, & Repertorio copiosissimo quæque notatu digna ostendentibus adiectis.

Post primam impressionem denuo ex typographo, authoris, perquam diligentissime aucta & expolita.

Tomus Primus.



Ne quis hunc usquam alius suæ ditionis locorum impune librum imprimat, alibiue impressum uendat, & Pontificis Maximi, & Veneti Senatus illustrissimi Decreto cautum est.

Venetiis apud Hieronymum Scotum.

M D L I I I I

18.8 E 43

CAPITA PRINCIPALITER CONTENTORVM IN HOC OPERE CVM NVMERO CHARTARVM, VT absq; longi laboris inquisitione cuncta inueniri posfint.

IN PRIMO TOMO.

IN SECVNDO TOMO.

FINIS.

CONTENTA PRINCIPALITER in hisce libris q̃ breuissimè indicans. Foliorũ autem & chartarum numerũ. In designatione capitum interpretationum hic absolutarum supra proat mè inuenies.



C

De litera D.

De litera E

De litera. F

Fructus

De litera G.

De litera H.

De litera I

Inuocacio

Legum

Monacho

De litera. N.

De litera. O.

De litera P.

poteſt

De litera R.

De litera R.

De litera S.

Singulares

De litera T

De litera, V.

F I N I S.

Insignis poetæ Ioannis Bremil.

Inter consultus iuris Cagnole diserte,
Legibus à sacris qui bene nomen habes. Legis sacer nomen lex
Cuius rara uiget prudentia, rarus honosq́;,
Nominis & famæ gloria rare magis.
Quo lectore uiget, gaudetq́; Academia fœlix,
Crescit & Augustè nobile gymnasium.
Causa mea incertis sine remige fluctuat undis.
Ceu uexat miseram dura procella ratem.
Tu potes auxilio puppi palynurus adesse,
Atque laborantem promere naufragio.
Quod precor ut facias, nostrisq; laboribus obstes,
Ne premar insidiis perfidiaq; uirûm.
Id si præstiteris, Bremiumq; adiuueris, unus,
Vnus eris uitæ portus, & aura meæ.
Et si secla meis chartis uictura dabuntur,
Te leget in nostro carmine posteritas.

Eiusdem Io. Bremli candido Lectori in commendationem noui operis.

Ediderat quondam iuuenis Cagnolus in usus,
Et commune bonum, legibus apta fori:
Et quia non paruam frugem sunt cognita ferre,
Iccirco rursum quæritur iste lebor.
Ergo pari studio nuper miseratus egentes,
Auctor ab integro ritè resumpsit opus.
Inuigilansque nouis inuentis prouidus auspex,
Illa parit, doctos quæ latuere prius:
Et resecans spineta rosas collegit amœnas,
Cum uiolis pulchris, & bene olente croco.
Excutiensque schedas alienas optima quæque
Deligit è cunctis dicta uoluminibus.
Quæ proprio sensu pandit, quæ pectore promit,
Pallados ingenio uel Iouis orta putes.
Omnia dispiciens aperit statione relecta,
Centum oculis constans, Argus ut explicitis.
Denique Pandectas, Digestaq; lector amice,
Hæc noua, quippe nouus Iustinianus agit.
Nec mirum generosa suis nascuntur in hortis
Semina, & ubertim fert sata lætus ager.
De patrio gerit ista sinu sibi præbet auita
Maiorum hæc series, stirps & origo uetus.
Vt sileam reliquos insignes legibus almis,
Iurisconsultos quos sibi stemma tulit,
Clarus erat genitor suus & celeberrimus olim Sebastianus Cagnol⁹ iurisconsultus
Finibus in nostris, urbis & orbis honos.
Qui uigil in causis fidusq; patronus agendis,
In se cunctorum uerterat ora uirum.
Cuius ad exemplum noctesque diesque laborans,
Nititur antiquos exuperare patres.
Viue precor Iurisconsultis gloria perpes,
Et per quem natum carmine crescit honos.

CAPITA IN EPISTOLA CONTENTORVM.

ILLVSTRISSIMO AC MAGNA. EMANVELI PHILIBERTO

Subalpinæ Ditionis Principi & Astæ Comiti Excel. Diuiq; Caroli secundi Sabaudiæ Ducis filio/Hierony Cagnolus Jurisc Vercellensis. S.



DECREVERAM iam pluribus annis præteritis (vt Excel. tua nō ignorat.) Princeps inclytæ nonnullas lucubrationes in vulgare coniunctis quibusdā iam dudum editis. Sed inde reuilis auctisq;. & eas sub clypeo vmbraq; nois tui emittere, Cui.n. alij q̄ tibi consecrande fuerāt, Iccirco Epistolam conscripseram in qua vt aliqua etati tuæ eo tempore vtilia conuenientiaq; ac meo officio consentanea. tractarem & afferrem quę ad officiū boni principis pertinerent, s̄m scripturæ auctoritatem, & laudatorum Regum exēpla ꝓ viribus citra nauseam proponere ac ostēdere Principem tunc adhuc Iuuenem alloquens sategi diligēterq; curaui,

1 *De regimine boni Principis.* Iō de vita & regimine boni Principis verba fecimus, ꝙ quum materia alta sit & diffusa breui Epistola absoluere non potuimus. postmodū per vniuersam ditionem tuā seuiente marte quū opera mea illic parum vtilis videref, silent.n leges inter arma, ne animus torpesceret, temporisq; iacturā facerem. post multos annos contra nos irati martis a Seren. Prin. Illust. quæ Senatu Veneto vocatus ad celeberrimū eorū Pataui. Gymnasium ciuilia Iura interpretaturus me contuli vbi magis laboribus & vigiliis plura alia mūdo fortassis vtilia & grata excussimus quorū partē cū prędictis ad cōem vtilitatē edere decreuimus.

Sed immēsa pręter cæteras tūc subiit cura, an quæ tibi dicabantur cōdigna essent quis si magnos viros magnis rebus maximos maximis demumq; ꝓ dignitate quēq; prosequi debemus. quē maiora decerent. non videbam. Nunc aūt cū relictis (vt aiunt) nucibus euacuaueris quæ erant paruuli, & cū Inuictissimo Cęsare, superioribus annis cōtinue degens bellis Germanicis nō solū interfueris, verū præfueris, & victoriæ Cesareæ pars magna iudicio cunctorum mortaliū fueris, adeoq; magnus factus sis, vt inter viuētes Principes nullus sit, qui nationi cuiuis quæ sub coelo sit te gratior degat, nec in quo maior sit spes, et

2 *De ingenti expectatione ipsius Principis.* expectatio, hæc minima & puerilia videanf, Attamē ne tanti laboris opus periret. Et per Excel. tuā alij Principes Iuuenes ante tēpus forte sapere possent ac mēs, & affectio mea erga Excel. tuā innotesceret, de animi mei snīa minime decedēs, Epistolam ipsam (prout tūc cōscripta fuerat) edidimus faxit Deus, vt aliqn̄ sub compendio saltem res a te fortiter & magnifice gestas. ac gerēdas posteritati cōmendare possim, id tam libēter sum facturus, q̄ qui maxime desiderat, Quę igif tua est humanitas (magnanime & generose Princeps, has vigilias eo animo suscipe, quo tibi gratissima quæq; soles. non n. regia minus res est parua benigne ac comiter accipere, q̄ magna largiri. Nec vlli

3 *Munera quāuis parua benigne accipiēda a principibus & voluntati confiderādum.* vitio vnquā fuit, Deos colere quoquo modo posset, Nā vt ad Vespesianum Plin. ait, Te diis lacte rustici, multeq; gentes supplicant & mola tātum salsa litant qui non habent thura, eaq; est dignitas librorum. vt eos sibi inscribi maximi reges honestum & gloriosum sint arbitrati.

Telam igif iamdudum cōtextam, Princeps inclytæ, ꝓ

4 *De dignitate librorum.* sequens dicebā, q̄ quis ab ipsa natura & animi & corporis dotibus ita cōstitutus videaris, vt oīa magna de te sperare liceat, quum tn̄ prope biuium pythagoricū consistas, & sciam nusquā prudētiæ minus, nusquā periculi magis esse qm̄ teste M. Cicerone multa nobis blandimēta nam ipsa genuit, & interdum multas vias adolescētiæ lubricas ostendit quibus illa insistere aut ingredi sine vllo casu aut prolapsione vix posset, & multarū rerum iucundissimarum varietatē dedit, qua nō modo hæc etas sed & roborata caperef. feramq; Herculem quū adolescens esset & duas cerneret vias. vnam virtutis & alterā voluptatis diu multūq; secū cogitasse vtrā caperet, reiecta tn̄ voluptate tādem virtutē complexū, vnde ꝑ multos graues labores opinione hominū iter sibi in cœlū extruxit His vero qui sublimiore sunt fortuna iter illud ambiguū maxime offeratur, quippe inter rerū affluentiā ad oēs voluptates suppetentium, & assequēdi quæcūq; cupierint facultatē. adulatorumq; ingentē copiā vix rōni & recto iudicio vacat, vspiā locus, quapropter diuinus ille Plato dificile esse dicebat, laudeq; dignū i magna peccādi licētia iuste vixisse, 5 *Adolesc. principis maxi periculis est exposita.*

quēadmodū.n. testanf. Hist. Carēt admonitore principes in his rebus quas scire ex re maxime est hęc ad te scribere adortus sum, nō quidē consulēdo quibus rōnibus possis in singulis negotiis recte administrādis officio fungi quo & bona cōserues, et mala euites, eorū.n. ese munus q tecū perpetuā habēt consuetudinē. sed in genere. & quæ vitæ studia spectare cōueniat, & in quibus exerceri sincere explicando & hæc legēs te ipsum & ea quæ cū laude agis, recognoscas. & indies magis te ad gloriā excites, his veluti calcaribus ad benefa. ante oculos tuæ Excel. positis. Cunctis igif vribus nitēdum est vt eū te præstes qui his tam generosis adolescētiæ tuæ primordiis digne rn̄deas, ne aut tu naturæ muneribus male vsus aut illa in te tā diuina indoles mētita videaf, plane si admonitionibus nostris aures accōmodare nō dedignaberis. Et ea quæ scribimus suscipere ac adimplere nō neglexeris hæc legisse relegisseq; nunq̄ te penitebit. Eritq; inter Agesilaos Theodosios & alios bonos principes aliquid loci gloriæ tuæ. 6 *Vt opus est principes admonitore caris.*

Quæ ad regimē vitæ ac ꝓsperitatē corporis cōferūt, physi quos semper optimos inclita domus tua habere solet congruētius relinquemus obiter tn̄ cū Aris. ad Alex. magnū te admonebo ne in vno cōfidas qm̄ potēs inquit est ad nocēdum nephasq; pręsumptū ad effectū ꝑducere, ostēditq; q̄tū salubre sit expertos physi. secū habere illorūq; cōsiliis in his quę ad artē suā pertinēt vti, memineris inquit Indorū Regine factū qn̄ amicitiæ cā tot tibi dona misit, inter quę fuit venustissima illa puella quæ ab infantia imbuta & serpētū nutrita veneno fuerat. adeo vt illius natura versa fuerit in naturā serpentū & nisi illa hora ego sagaciter inspexissem eā et arte magica iudicassem eo quia ita audacter inuerecūde tuū ī facies hominū figebat visum pēdēs ꝙ solo morsu hominē interficeret vt experimēto inde ꝓbasti mors in ardore coitus cōsecuta fuisset. Plin. tn̄ in lib. natu hyst. hos famā nouitate aliqua aucupātes aīas statim nostras negociari scripsit & pop Ro. vltra DC. annū in accipiētribus artibus minime lentū medicinæ vero etiā auidum donec expertā dānauit degisse, In hac artium inquit sole euenit, vt cuicūq; medicū se profitenti statim credaf quum sit periculū in nullo mēdacio maius, nulla lex est ait quæ puniat inscitiā capitalē nullū exemplum vindictæ, discūt periculis nostris, & per experimēta mortes agunt, medicoq; tātum hominē occidisse summa impunitas est, quinimo trāsit in cōuitium & intemperantia culpatur vltroq; qui periere arguūtur, sed de arrogantibus temerariisq; ea scripsisse credendum est. 7 *Ad salutē ac prosperitate corporis pertinentia physicis esse relinquenda.* 8 *De medicis principi salubribus.*

Primū omniū quia vt in canone scribif vbi Xp̄s non est fundamētū nullū boni opis edificiū sup imponif ops 9 *De religione & cura rei diuinæ.* aīam inde linguā fieri eruditā Decet bene institutū adolescentē rei diuinæ curā nō negligere eaq; opinione imbui ab ineūte etate qd.n. erit illi inter hoies sanctū cui diuinitas despecta sit hinc Plato in thimeo in minimis quoq; rebus diuinū ingē ꝓsidiū implorari debere. iō Cyrus, vt in eius institutione Xenophō scripsit etiā ī paruis leuibusq; rebus semꝑ a diis immortalibus initiū faciebat, & Ro oia post religionē pōdera semꝑ duxerūt, etiā in q̄bus summę Maiestatis cōspici decus voluerūt, quapropter nō dubitarūt imperia seruire sacris ita se bonū humanarū rerū futura regimē existimātia, si diuinæ potētię bene atq; cōstāter fuissent famulata iō religioni, vt ait Val Max. summū Imperiū semper cessit. Hinc apud Liuiū Camillus ad populū ait intuemini quirites, horū deinceps annorū vel secundas res vel aduersas inueniētes oīa ꝓspere euenisse se

quentibus deos aduersa spernētibus sic Ezechiæ regi ob-
sidionis mala ferēti ,ppter spem in Deo propositā nō de-
fuit dn̄i qui Senacherib. potētissimi regis trucidaret exer
citum,& Machabei q̄uis pauci & inermes,sæpe ingētes
Antiochi copias diuino auxilio freti deleuerūt , Ad diui
num igit̄ cultum omni cura & sollicitudīe animū intēde.
Deum time mādata eius obserua,in eū mētem tuā eleua,
cogitatūq; iacta. Et ipse nutriet te,ac in viā salutis diriget,
ab eo.n.vera sapiētia fortissima auxilia, cūctaq; bona &
omnia regna mūdi procedūt. Nec vero vsq; ad aniles de
cet superstitiones prouehi, q; in etate tenera damnari plu
rimū solet,sed ad certū modū q̄q; quis modus adhiberi
in ea re pōt, in qua omne qd' possumus infra modū est,
& q̄uis finis iste cultus & reuerentiæ Dei per obseruan-
tiam mādatorum suorū omnibus sit necessarius principi
10 tñ præcipue cōpetit * huiusceq; rei magis debitor est q̄a
Principis obligatio versus deū strictior est quā aliorū priuatorū. non solū homo , verumetiā princeps vt ait Thomas in-
quantū homo quia ad imaginē & similitudinē Dei crea-
tus ad diuinam reuerentiā qd' primæ tabulæ primū est
præceptū maxime tenetur inquantū princeps quia vices
Dei gerit in terris nec est potestas, vt ait apostolus, nisi a
Deo a quo dominij depēdet virtus & vbi est depēdentia
dominij necessaria est superioris reuerētia , quia p se nihil
est quemadmodū in ministris ipsorum principum patet.
Sed an laudādi sint principes qui gaudēt frequētes esse
11 in templis sacrisq; adesse ✠ Christus nō multis esse oran-
De oratione Principis ad deū. dum docuisse videt̄, dū dixit orantes nolite multū loqui.
vt ethnici faciūt, putantes in multiloquis exaudiri. Hinc
breuis sed efficax laudari solet oratio,quum multitudine
verborum vt dicit̄ non flectatur Deus, verūtamen Apo
stoli (vt Lucas ait)semper erāt in templo laudantes & be
nedicentes Deum , & in oratione pernoctans in agoniaq;
factus prolixius eodē Luca teste orauit , Saluator noster
improbauitq; Christus Phariseos optimis rebus abutētes
in solo verborū strepitu & præcum multitudine se iusti-
ficari putantes quū mente & spiritu a Deo prorsus alieni
essent solaq; specie religionē prætenderent quum scelesti
hypocritæ essent , Declarauitq; paucis potius orandū esse
attenta mente, q̄ vaga & distracta multis. Nec homines
opinari debere suis se petitionibus Deo declarare quibus
rebus egeant & quid optent ,quasi hæc illi incognita sint
aut fidere in oratione sua cōposita qd' illum verbis defle
ctant . Sed esse in sola ipsius bonitate sperandū quamuis
velit a se suppliciter peti qd' volumus vt agnoscamus ab
ipso nobis tribui quę poscimus,& sine eo nunq; cōsequi
qd' cupimus His rationibus breuis laudatur oratio pro
lixam vero & assiduam dummodo ex corde & pie ma-
gisquam ad ostentationem fiat minime damnamus.
Dicebat tamen ad Nichoclem regem Isocrates existi-
mes nullum sacrificiū pulchrius esse nullum esse deorum
cultum maiorē q̄ si te ipsum virum optimū iustissimūq;
præstiteris, propterea quum animū eorq; respiciat Deus
nō improbabūt homines principē orationis breuitatem
modo Christi sacrosanctæq; ecclesiæ præcepta nō negli-
gat, si pietati officiis iustitieq; occupet̄,hocq; modo cōti-
nue orabit si vera est scriptura dicēs non cessare eū orare
qui non cessat benefacere. Clericis autem & sacerdotibus
vsum psalmorum hymnorum & prolixiores laudes di-
uinis præcibus admittas ac cætera id genus relinquat.
12 Et quia inter oēs reges & mundi principes circa prædi
Cur Romanis Imperiū concessit Deus. cta Romani, magis fuere solliciti Imperiū meruerunt vt
Aug. & Thomas pluribus rationibus probant. Primam
sumpserunt ex amore patriæ, aliam ex zelo Iustitiæ, ter-
tiam ex zelo ciuilis beneuolentiæ. Satis erat imperio di-
gna virtus prima qua diuinā quandam naturam partici
pabant. ex eo q ad vniuersalitatē fertur effectus, versat̄.n.
ad populi vniuersales actiones quemadmodū Deus vni-
uersalis est causa rerū & quia regale regimen, & quæcūq;
potētia vniuersalitatē refert diligitq; vniuersi Imperiū me
rere dicunt , vt sic ipsum concomitetur præmium secun-
dum meriti qualitatem, hocq; diuinæ Iustitię requirit con
ditio vnicuique mercedem tribuere iuxta virtutis opus. 13
Pręterea amor patriæ • in radice charitatis fundat̄, quę *De amore patriæ.*
communia propriis nō propria communib⁹ anteponit,
virtutis autem charitatis in merito omnem virtutem an-
tecedit, nam cuiuscūq; virtutis meritum ex virtute chari-
tatis depēdet. Amor igitur patriæ super cæteras virtutes
gradum meretur honoris, hoc autem Imperium domi-
nium ve est, vnde ex amore patriæ principatum quis di-
gne consequetur, quantus aut̄ fuerit amor patriæ in pri
scis Romanis, ex sentētia Catonis testimonio Salustij ostē
ditur, Dum quasdam illorum virtutes cōnumerat in qui
bus amor prædictus includitur , Noli inquit existimare
maiores nostros armis rempu ex parua magnam fecisse,
quippe amplior nobis q̄ ipsis armorum est copia.
Sed quia in eis fuit domi industria, foris iustum Impe
rium in consulendo animus . liber neq; delicto neq; libi-
dini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam atq; aua-
ritiam publicæ egestatē priuatim opulentiā laudamus. di
uitias sequimur. Inertiam inter bonos & malos, nullū di
scrimē, omnia virtutis præmia, ambitio possidet. Rursus
amor patriæ primū & maximū diuinæ legis mandatum
cōtinere videtur cōem namq; rem amādo diuinam natu
ram sibi assimilat, dum vice Dei circa multitudinē diligē-
ter curam adhibet ac ,pximi dilectionem amplectit̄, dum
totius populi sibi commissi ex affectu paterno sollicitudi
nem gerit sicq; mandatum diligendo proximum.
Est & alia rō ✠ propter quam Romani adepti fuerunt 14
orbis Imperium, Iustitiæ videlicet zelus quo quidē mo- *De zelo Iustitiæ Romanorum.*
do principatum acquisiuerūt , iure quodā naturæ a quo
iustum dominium exordiū habet. Primū quidem libero
consilio patriæ consulebāt, auaritiam relegantes siue tur-
pis lucri gratiā neq; delicto neq; libidini obnoxij ,p qui-
bus iam stans dissipat̄ Imperium, trahebātur.n. homines
ad ipsorum amorē vt propter eorum iustissimas leges se
eiusdem sponte subiicerēt ,ppter q Aug ait placuisse deo
orbem terrarū per Romanos debellari vt in vnā societa
tem reipu. legumq; perductū longe lateq; paccaret Iuris
& naturæ est gerentem alterius curam mercedē consequi
quo pręsupposito conionum naturæ videt̄, vt pro pace
Iustitiaq; conseruanda discordiisq; sedandis cōcessum fue
rit imperium. Inquantum igitur homines virtute & pro
bitate pollentes, ,p gubernanda populi multitudine quæ
rege indiget & rectorem non habet curam assumunt, &
sub legibus populum dirigūt vicem dei gerunt in terris,
conseruant enim hominum multitudines in Ciuili societa
te, qua necessario indiget homo quum teste philosopho,
animal sit naturaliter sociale vnde Romanorū Imperium
etiam ex hoc fuisse legitimum videtur.
Tertia virtus, * pietas & ciuilis beneuolētia fuit huma- 15
nitatis.n dulcedo barbarorum ingenia penetrat multipli *De ciuili beneuolētia Romanorū ac pietate.*
cantq; amicos et mitigant inimicos, sermo vero durus su
scitat furorē propter generositatem animi (vt ait Seneca)
qui magis ducit̄ q̄ trahatur vnde beneuolētia teste philo
sopho principiū est amicitiæ Quantum aūt Romani hac
virtute excelluerint vt exteras nationes ad eorū traherēt
amorem seq; eildē sponte subiicerent infinitis exēplis pa-
tet. Erat etiam in eis aliud prouocatiuū subiectionis quia
ex cupiditate regnandi nō dominos sed socios & amicos
nuncupabāt, Hinc Cicero in orationibus, quis inquit est
tam vecors , qui quū deos esse intellexerit, non intelligat
pariter eorum numine hoc tantum imperium esse natum
& auctum & retētum q̄ volumus. P. C. licet ipsi nos ame
mus tñ nec numero Hispanos , nec robore Gallos, nec
calliditate penos nec artibus grecos , nec deniq; hoc ipso
huius gētes et terrę domestico natiuoq; sensu Italos ipsos
ac Latinos sed pietate ac religione atq; hæc vna sapientia
q deorum immortalium numine omnia regi & guber-
nari perspeximus, oēs gentes nationesq; superauimus.
Fuit (vt pręfati aiunt) & alia causa cur a Deo orbis im
perium illis concessum fuerit, summiturq; a scriptura nec
Philosophorū sapiētumq; huius seculi opinionibus con-
traria

traria est propter hominum demerita, nam Deus pro-
pterea iniustum regnare facit & seruitutem introduxit,
16 *De iniusti Imperij dominatione propter hominum scelera promissione diuina.* * qd' clare apparet quia primi principes & dominantes
(vt Historici scribunt) iniqui fuerũt sicut Caym. Nem-
broth, Bellus, & Ninus, qui in prima & secũda etate mũ
di imperiũ tenuerunt. Cuius quidẽ rei causa ex parte sub
ditorum vel dominantiũ sumi põt, nam Tyranni instru
mentum sunt diuinæ Iustitiæ * ad puniendũ delicta ho-
minum, vt Attila Gothorum Rex flagellũ Dei super Ita
17 *Tyranni sunt ira Dei in terris quemadmodum Attila Tamberlanus et alij saeuissimi.* liam, & assyriorum. Rex super Israheliticum populũ, di-
xit n altissimus per Ilayam prophe Assur virga furoris
mei vnde et baculus ipse est i manu eius indignatio mea,
ad gentem fallacem mittam eũ & contra populũ furoris
mei mãdabo illi, & auferat spolia, diuidat predam & po
nat illum in cõculcationem quasi lutum plateariũ. Ex qui
bus apparet altissimũ in furore & ira propter scelera no-
stra, tyrannos & malos principes dare ac tolerare. Hinc
Tamberlanus 'ceuissimus Scytarum Rex, vt referũt qui
de rebus Ottomanorum scribũt, ab amico qui Christi fi-
dem tenebat interrogatus, cur tm̃ seuitiæ indulgeret in-
exorabilem se præbẽs, toruo aspectu respondisse dr̃ pu-
tasne me hominẽ esse, ira Dei in terris sum ad pernitiem
hominũ. post qd' responsum amicus illæ ad eius aspectũ
accedere ausus nunq̃ fuit, Malum igif rectorẽ patiens nõ
accuset Deũ, quia (vt ait Gregorius) sui fuit meriti puersi
rectoris subiacere ditioni, culpam igif magis accuset ope
ris, q̃ iniustitiam gubernãtis. Ex quibus luce clarius patet
per manus Tyranni dñm peccatores punire, ipsosq; ty-
rannos instrumentũ Dei esse, sicut demones quorũ pote
stas iusta a sacris doctoribus asserif, voluntas tamen sem
per iniqua. hinc bellis agitatur semperque vexabitur or-
18 *De pace quae fuit sub Augusto propter reuerentiam Saluatoris tunc secundum carnem nati.* bis, ¶ Diuino olim consilio sub Augusto Cesare ꝓpter
reuerentiam Saluatoris, qui tunc secundũ carnem natus
est ea pax in orbe fuit quæ ne ante nec postea visa est.

Contingit etiam interdum assumentem principatum
Iustum esse virum, sed temporis successu ✠ fauore huma
no rerumq; prosperitate in superbiam elatum, diuine gra
tiæ beneficiiq; ingratũ & odiosum effici & tanq; tyran-
num dominari. exemplum est nobis Saul quo melior
19 *De quibusdam principibus a principio sui regiminis bonis inde reprobis effectis* nõ erat in tribu Benyamin, sed post sui regiminis annos
duos inobediens factus est Deo, quapropter cũ filiis occi
sus fuit * & ab Imperio ꝓgenies eius reiecta, Exaltatus pa
riter super oẽs Reges Salomon. cuius sapientiã vniuersa
terra audire desiderabat, verum secundis nimiũ rebus ela
tus in luxuriam lapsus in Idolatriã ruit, factusq; est popu
lo abominabilis, adeo vt contra eum serui eius ceruicem
20 *De punitione iniquorum principum a Deo veniente postquam per illos vexauit peccatores.* erexerint, spolia diripiẽtes & oẽm terram illius nullo resi
stente depopulantes, quum ad nutum prius parerẽt oẽs;
ad excelsa igitur ab initio sui regiminis ꝓpter Dei reue-
rentiam euectus postremo ꝓpter peccata Deiq; contem
ptum in vilia decidit & ad infima præcipitatus fuit. Quid
de Alexãdro Annibale Cesare & infinitis aliis dicemus?
qui ꝓpter potentiæ Imperiiq; abusum necati sunt, & tri-
stem sortiti exitũ, verissimam ostendentes scripturã dicẽ
tem interdũ hominem homini in malum propriũ domi
nari, & vocẽ Isayæ quæ in omnibus tyrannis cadit, quũ
enim ostẽdisset ipsos diuine Iustitiæ, executores, cõtra pec
catores esse, quemadmodũ Carnifices imperantium, de-
monstrat, qũo per eorum superbiam & iniquitates gra-
uissime per dñm puniuntur, vnde inquit, nõ quid gloria
bitur securis contra eũ qui secat in ea. An exaltabif serra
contra eum qui fecit illam, qũo si eleuetur virga contra
eleuantem eam, vt exaltetur baculus qui vtique lignũ est.
considerãda est similitudo valde congrua, sic n se habet
virtus dominãtis ad Deum, sicut virtus baculi ad percu-
tientem & serre ad artificem, constat virtutem serre vel se
curis in artificio nullam esse nisi per artificem moueatur
& dirigatur, ita in Dei virtutẽ dominãtis contingit, nulla
est sine Deo mouẽte gubernãteque. Stultum est igitur in
virtute sua gloriari, & colligi manifeste cõcludiq; potest

omne Imperium siue legitimũ siue Tyrannicum secun-
dum varias incõprehensibilis prudentiæ vias ac rationes,
a Deo esse neq; potestatem vllam dari nisi ab ipso Deo.

Aduertendum etiã est diligẽter ✠ ꝙ non modo maio 21 *Curandum summopere vt a teneris sub optimis praeceptoribus imbuatur et instruatur princeps.*
ra præcepta quæ prouectioribus traduntur, sed & prima
quoq; artium elemẽta ab optimis præceptoribus accipe
re cõuenit, & optimis libris immorari, qua rõne Philip-
pus Macedonum Rex. primas literas ab Aristotele disce
re Alexãdrum voluit, & veteres Romanos suos liberos
scholæ mancipãtes in Vergilio primũ erudiri curabant.
Et a Dionysio Syracusarũ principe Athenis accersitum,
Platonem ad instruendũ Dionysium eius filiũ legimus,
optima quidem rõne, nam qd' teneris mentibus insitum
est alte radices mittit, nec postea facile vlla vi diuelli põt.
Recte igif Flaccus ait, quo semel est imbuta recẽs serua-
bit odorẽ testa diu, sin vero errores vllos imbiberint his
duplici tempore opus erit, primũ vt errores excutiãt, de-
inde vt vera præcepta cõdiscant, quãobrem Timotheus
musicus suo temporis illustris, a discipulis qui nihil apud
alios ꝓfecissent, certam paciscebaf mercedẽ, ab his vero
qui ab aliis quidpiam didicerãt duplum exigebat, iacien
da sunt igitur in hac ætate fundamẽta, bene viuẽdi & for
mandis ad virtutem animus dum tener est, & facilis q̃li-
bet impressionem admittere quæ vt nũc erit ita & in re-
liqua vita seruabif, & si melioribus in initio assueuerit il-
los habebit præcipuos & veluti ducibus semper vf. non
igitur quibuslibet cõmittẽdus erit Imperio natus sed his
tantum quorum non iam exemplo peccent, sed autho-
ritate deterreantur, quorum (vt Plutar. ait) vita nullis sit
obnoxia criminibus, irreprehensibiles mores, & opti-
mum experimentum a quibus diis bene iuuãtibus, mo-
res primum, mox eloquentiam discant, quæ male sine
moribus discitur. qui vero principis instituendi prouin-
ciam suscipit rem grauissimam agere cogitabit, deoque
acceptissimam si vacuum adhuc & molle principis pe-
ctus salutaribus præceptis informandum curauerit, bo-
numq; & salutarem principem reddiderit.

A teneris igitur (vt aiunt) * princeps inclytæ studiis 22 *De amore cura et veneratione virtutis.*
laboribusq; assuescere oportet. & virtutis curam habere.
Ad leptam M. Cicero scribens monebat vt in ore sem-
per haberet Hesiodi illa carmina quæ vniuersi decantãt,
aspera inquit primo & pene inuia & sudoris continui ac
laborum plena via quæ ad virtutem ducit, quamobrem
nec cuiusuis est illam capescere, nec capescenti facile ad
culmen euadere, sed vbi id superaueris ex eius fastigio
videre licet vt via illa leuis sit, pulchra, expedita, & fa-
cilis, longeque iucundior quam altera quæ ad vitia du-
cit. quam vniuersam simul arripi posse idem poeta te-
statur propter aliud nihil quam vt nos ad virtutem pro
bitatemque adhortaretur, ista dixisse ne laboribus victi
ante finem desisteremus.

Et quid aliud est Homeri poesis, quam laus virtutis?
verum in eo loco maxime patere, quũ Cephalneorum
ducem naufragio eiectum tantum absuisse, vt illos qui-
bus & solus & nudus apparuit verecundia aliqua aduer
teret, quandoquidem pro vestibus virtute illum, dixit
ornatum, & primum ea Regina reuerita sit reliqua de-
inde pheacum multitudo tanti putauit, vt relictis epulis
quibus commessabantur vnum illum cuncti intueren-
tur, nullumque eorum qui eo tempore magis quicquam
a Diis optaret, quam Vlyssem fieri, quãquam & nudum
& naufragum Hoc loco acutissimus quidam vir poeta-
rum interpres ait, Homerum clara voce exclamare, O,
homines sit nobis cura virtutis, quæ & cum naufragio
simul enatat & in littore nudum eiectum fortunatis phea-
cibus & venerabiliorem ostendit, & ita profecto res est.
Cætera omnia non magis possidentium sunt quam cu-
iusque, vt in talari ludo huc & illuc transeuntia, sola vir-
tus & viuenti & mortuo stabilis est, & firma possessio,
qua ratione motus fuit Solon, quum inquit ad diuites

at vos non permutabitis cum virtute, diuitias quoniam
virtus firma est diuitias vero alius alias possidet.
23 Sed quomodo virtutem parare & consequi poteris
De libris per principem legendis dignitateque & vtilitate literarum.
in virumq; Imperio dignum euadere si literis operã non
dederis, multa quidem suggerunt amici, sed nulli plura
quam boni codices, hinc Demetrius phalereus Ptolo-
meum Egypti Regem admonebat, vt de regno Impe-
rioq; libros legeret in quibus inueniret scripta quæ amici
reges monere non auderent. Et Alphonsus Arragonum
Rex sapientissimus, quibusdam percunctantibus, vtri rei
plus deberet armis an libris, ex libris, respondit & arma
didici, qua voce omnia se debere libris professus est. Ca-
toq; dum Senatus cogeretur in curia libros lectitare sole
bat, vnde & in rem præsentem & in omne tempus salu-
berrima patriç consilia dictabat, Mirum est quantum va
leat ad vitæ institutionem optimam, assidua & diligens
lectio. Si enim Aphricanus ille Scipio (vt Sallustius scri-
bit) maiorum imagines intuens ad virtutem excitabatur,
quanto magis illorum dicta factaq; imitatione digna sæ-
pius animo reperita &, ante oculos posita cõmouebũt,
quæ igitur potest esse vita iucundior, aut certe commo-
dior, quam legere semper aut scribere, & antiquitatis res
cognoscere, præsentesque cum posteris loqui, atque ita
omne tempus quod & præteritum est et futurũ nostrum
facere. O pręclaram supellectilem librorum inquam vt
nos. Et o, iucundam familiam vt recte Cicero appellat,
vtique & frugi & bene morigeram, nõ enim obstrepit,
non inclamat, non est rapax, nõ vorax, non contumax.
Iussi loquuntur, & item tacent, semperque ad omne Im-
perium præsto sunt a, quibus vnquam nihil nisi quod
velis & quantum velis audias, eos igitur habendos le-
gendosq; & hortor & rogo.
Inter cætera vero principi per quam vtile esse arbitra-
mur, post primas literas & sacra Christi Euangelia diui-
24 naq; dogmata * Cyri pediam a Xenophonte elegan-
De Pedia Cyri elegãtissime quã fideliter scripta non fuit.
ter sanctiusq; magis quam fideliter scriptam legere, ma-
xime duos primos libros vltimo nõ neglecto, quæ sint
partes regie, quæ sint munera principũ tam pacis quam
belli temporibus, & qualis esse debeat boni principis vi-
ta, ab incunabulis & crepundiis ipsis, (vt aiunt) vsque ad
extremum vitæ terminum ex ipsa Cyri institutione, co-
gnosces quo insigni pietate viro nec pace nec bello me-
lior iustiorve alter inueniri posset, exemplum boni prin-
cipis, ad imitandum, qui inde sumpserit non errauerit,
Cuius quidem Pedie excellẽtia vel ex eo maxime patet,
qui Aphricanus ille Scipio, & M. Cicero quum Impera
tor esset prę manibus semper habebant, toramq; legẽdo
contriuere, Dumque publicis occupationibus mundum
25 per etatem distineris, vtile erit * singulis diebus horum le
De vtilitate lectionis hystorie.
ctioni T. Liuij & aliorum historicorũ impendere, nam
cognoscere res gestas, memoriæ veteris ordinem tenere,
antiquitatis exemplorumq; notitia abundare decorum
& regale est. At nihil earum rerum scire quæ antequam
nascereris factæ sunt, hoc est Cicerone iudice semper esse
puerum. Est præterea (vt Liuius ait) operępretium in vo
luminibus historicorum omnis exempli documenta ve-
lut in illustri momento posita intueris vnde quæ imitan-
da sunt depromere ac nobis proponere ad imitandum,
quæ fugienda fugere possimus, optimus est princeps qui
per sese recta cognoscit & operatur qualem te esse confi-
dimus. Hoc etiam in lectione prædicta vtile & salubre fue
rit, scire quibus actibus quia disciplina, quibus moribus
maxima imperia orta sint, maximi Imperatoris nomen
sibi immortale pepererint, ecõtrario qua vitiorum labe
infecta amplissima regna corruerint, Indeq; documenta
capere per quæ vel publicis vel priuatis rationibus con-
sulitur, plusque sapientiæ (vt aiunt) ex reuolutione præ-
dictorum librorum tibi vno anno parabis quam Vlys-
ses annis viginti tot calamitatibus & periculis vix creden
dis agitatus Pulchre itaq; Cicero in orationibus ait. Cęte-
ras res neq; temporum neq; ætatum omnium neq; loco
rum esse sed literarum studia adolescentiam agunt, sene-
ctutem oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugiũ
& solatium prębent, delectant domi, non impediunt fo-
ris, pernoctant nobiscum peregrinãtur rusticantur, nihil
igitur literis præstantius, nihil excellentius nihil vtilius,
vllo vnquam tempore excogitatum est, literis cũ sit im-
mortalitas hominum & memoriæ fulcitur æternitas lite
ræ res multis retro seculis a pluribus nationibus gestas,
nobis ostentant. literis omnium disciplinarum cognitio
percepta est commertium literarum, tolle ex hominibus
solem ex mundo ipso sustuleris, vnde non perperam Pla
to omnes Idiotas et doctrinarum expertes pueros quo-
dammodo appellandos dicebat. Dies me deficeret prin-
ceps pulcherrime si præter mirabiles voluptates quas in
animis hominũ doctrinarũ, studia pariũt vberrimos fru-
ctus qui ex studiis literarum habent exprimere conarer.
Audiendi igitur non sunt * aulici quidam qui literas 26
Contra osores literarum.
accusant & detestantur in principibus, maxime si n pro
pterea condemnandas ducunt qđ discende non sint tan-
quam non necessariæ, nescio quid sit qđ ipsi discendum
putent, nisi si quid honestum quid turpe quid bonum
quid malum quid expetendum quid fugiẽdum quid no
xium scire ipsi non putent. necessarium vero lautius con
uiuium paretur & veneris satisfieri possit voluptatibus
scire solũmodo putent necessarium esse, hi falluntur om-
nino & qđ dici solet tota errant via, Vegetius de re mili
tari * nullus est inquit quem oporteat vel plura vel me- 27
Principis proprium est plus scire quã alij intelligens.
liora scire q̃ principem, cuius doctrina omnibus subditis
ꝓdesse debet, vt n. in nauigatione nauclerum cui clauus
commissus est oportet cæteris antecellere peritia guber-
nandi, vigilia, fide, sic eũ qui principatum gerit reliquos
ante ire oportet Imperatoriis dotibus sapiẽtia iustitia ani
mi moderatione & ardentissimo publici cõmodi studio.
præcipue. n. qui excelsiori loco sunt, quorũq; nihil neq;
dictum neq; factum latere potest, congruum est ita prin
cipalibus artibus instructos esse, vt & fortuna & gradu
dignitatis q̃ obtinent digni habeant, equum est n. qui si-
bi summa omnia deberi volũt debere, & eos summa oĩa
de se præstare nec est vlla certior aut stabilior regnãdi ra
tio q̃ si hi qui regna obtinent ab omnibus dignissimi om
nium regno iudicentur. Hinc Alphonsus Arragonum
Rex prudentissimus quum audisset, ex aulicis suis quen-
dam dixisse non decere principem scire literas neq; illi esse
necessarias, exclamasse fertur eam vocem bouis esse non
hominis quum a rationis iudicio nõ fuerit ꝓfecta, sed a
bellua emissa, nec ab his qui verẽtur ne vbi princeps bo-
narum disciplinarum studiis clarior splendidor meliorq;
euaserit, ipsorumq; oculos perstrinxerit, inferiorem gra-
tiæ vel auctoritatis gradum sint occupaturi. Quid. n. per
Deum immortalem dignius q̃ inter cæteros doctrina sa-
pientiaq; excellere maxime si princeps sit a cuius regimi
ne totius Imperij ditionisq; fortuna dependet, quicquid
enim delirant reges plectuntur achiui (vt ille ait) natura si
ab honesto aborrent. aut si quid ambitione ira stultitiave
peccent id protinus totius ingenti orbis malo faciũt. Iul.
Cæsar Augustus Adrianus M. Ant. aliiq; prisci Roma- 28
Boni principes literis ornati fuere.
norum Imperatores, imo Philippus & Alexander Mace
donum Reges sine hac literarũ supellectile vix se prin-
cipes homines ve censebant.
Ex hisq; maxime principibus quos vulgus idiotas ap
pellat quique literas nesciunt plurimos (vt scribunt histo
rici) teterrimorum vitiorum maculis respersos inquina-
tosq; videmus, Quamobrem generosæ princeps ad bo-
narum literarum studia, cæterasque ingenuas disciplinas
iterum te hortor & applicare animum, te rogo atque ea
corporis exercitia suscipias, quæ bonam valetudinem sal
uent, vt robustiora membra reddant eumq; te a puero
instituas, vt probatiss. ac virtute proditos, sequi & com-
plecti assuescas. Est autem virtutis ea natura vt in quo sit
diu

diu latere non possit, sic optimam spem de te populis tuis
pollicebaris quum te delectari præstantissimorum homi
num consuetudine intellexerint, qꝫ cernentes sperabunt
te eum in quo sint reposita virtutis præmia. Homines in
speculis suis obseruant, quemadmodū te gerere incipias
magna tibi est si dissimulare non vis necessitas probitatis
imposita ne a maiorum virtute degeneres, artibus vero
bonis (vt aiunt) nisi quis ab adolescentia fuerit institutus,
aut si peruersis infectus extiterit, non facile de te speret in
etate prouectiori posse aut has abiicere aut illas continuo
sibi parare. In his quę circa vitam sunt continētia adhibē-
da est, maxime teneriorum principū quibus inter affluē-
tiam rerū ad omnes voluptates suppetentiū & assequēdi
quæcūqꝫ cupierint vix rationi & recto iudicio vacat vs-
piam locus, idqꝫ ne immoderationes fiāt quia (vt ait Gel
29 *De cibo potu & somno.* lius) • compertū est impuberes si plurimo cibo potuqꝫ
vterentur hebetiores tardioresque fieri. Præterea super-
fluus cibus & potus & abundātiores somni ex cōsuetu-
dine magis sunt, nō quo variis habitudinibus corporum
plus minusve deberi ex rebus negem. Sed qđ in oībus
hominibus nā paucis adiumētis cōtenta sit, si necessitatē
spectemus, si voluptatem nihil videri possit satis, Brach-
mani vt ad Alexādrum in quadā Epistola Didynus scri-
bit puram simplicemqꝫ viuunt vitā, nullis rerum capiū-
tur illecebris, nihilqꝫ plus appetunt, qꝫ naturæ ratio fla-
gitat, nulla propterea apud eos morborum genera, nul-
lus medicinæ vsus, quia parsimonia est illis medicina.

30 *In saluṫando resalutādoque seruandū esse modum.* Quia tamen non est durabile, quod sine requie est,
neqꝫ libris semper immorandum est, neqꝫ in opere exer-
citioqꝫ corporis semper versandum sed danda est remis-
sio animis corporibusqꝫ vt meliores acrioresqꝫ (vt ait Se-
neca) requieti resurgunt.

Instituendi præterea sunt principes ✠ quo pacto de-
beat venientibus admittere, abeuntes dimittere, vt opor
teat verecunde salutare maiores, minores humaniter col
ligere, amicos beneuolosqꝫ familiariter conuenire, quæ
quum in omnibus apte sedeant, cū vero in principibus
& eorum liberis speciosa videnť, & notantur, in his ma-
xime in quorū moribus atqꝫ omni vita facilitas quidem
amari solet, grauitas vero laudari. vtrobiqꝫ tamen veren
dum est ne vel hęc in agrestem seueritatem aut illa in scur
31 *Temporiori principi correctio plurimum prodest.* rilem leuitatem exeat hæc autem consequi poterūt, • si se
facile quisqꝫ argui monerique patiatur. quæ ratio in omni
etate & causa atque conditione salutaris. nam vt obiecto
speculo, faciei nostræ mēdas cognoscimus ita & castigan
tibus amicis errores perpendimus animi, qui proximus
est & ad emendationem locus, hi autem facillime dece-
ptioni patent qui nihil audire volunt qđ contristet, imbe
cillis est enim stomachi ferre non posse nisi delicata. decet
itaqꝫ & male dicentes pati & obiurgātes audiri, maxime
eos qui in sublimiore sunt fortuna & in quorum mani-
bus vrbium populorumqꝫ ius est decet, non modo facile
sedent libenter bene monentes audire, quādo & ipsi per
multam licentiam proniores sunt ad peccandum & eo-
rum peccata obesse pluribus solent. Difficile est inquit
Plato & plurimum laude dignum in magna peccandi li-
centia iuste vixisse, nec humano sed angelicum est in car-
ne præter carnem viuere.

32 *De iustitia & clementia principis.* Verum quia • in rebus summum bonū est Iustitiam
colere, quæ secundum Platonem, omni auro preciosior
est, & a principibus præsertim diligenda, iuxta illud dili
gite Iustitiam qui iudicatis terram custodite iudicium &
facite iustitiam, inquit etiam Isayas qđ non solum pro suo
tempore, dixit sed futurum quoqꝫ perspexit, & huic no-
stre consulit etate, quæ plena flagitiis sine iudicio retineri
non potest, Iustitiam ipsam omnium virtutum (vt ait Ci
cero.) dominam & reginam cole & semper obserua, illa
vnicuiqꝫ solū tribuit, alienum nō inuadit, vt propria vtili
tate neglecta publicam fouet atqꝫ tuetur, sine qua nō so
lum Respub. sed ne domus quidem constabit, absqꝫ ipsa
etenim nullum est bonorum atqꝫ malorū discrimen. vn-
de Agesilaus Rex. interrogatus vtra virtus melior esset
fortitudo aut iustitia, nullam fortitudinis vtilitatē esse re-
spondit vigente Iustitia, nam si omnes inquit iusti essent
nihil fortitudine opus foret, nihilqꝫ ad profligandas iniu
rias, vlla potentia, quum vbi Iustitia sit ibi nulla dissidia
nulle simultates, nulla iurgia, nulla deniqꝫ pretia sed pax
concordia & charitas hinc a Cicero & aliis iustis viris dā-
nata est Cæsaris sententia, qꝫ semper in omni habuisse di
citur, • Sed ius violandum est regnandi causa violādum 33 *De damnato prouerbio Cæsaris si ius violandum est regnādi causa violan. est.*
est quum bonorum virorum non sit recta & honesta ne
gligere, vt potentiam consequatur, nullum n. commodū
tam esse expetendū ait, vt boni viri & splendorem & no
men amittas, nihil autem esse qđ afferre tantum queat,
quantum auferre, possit illa quæ dicitur vtilitas, si boni
viri nomen eripuerit fidem iustitiamqꝫ detraxerit, quid
enim interest Verum ex homine se conuertat quis in bel
luam an in hominis figura immanitatem gerat belluæqꝫ,
facit qui posthabita iustitia sola libidine impulsus omnia
gerit. vnde ex eo Cæsaris exitiali prouerbio, vexati fuere
prouinciales, direpti soci) oppressi ciues, iusiurādi contēpta
religio, patriæ vis illata cuiusqꝫ deniqꝫ dei spiritus metus.

Tu ergo qui • iustis principibus Sucedis cui ex Ger- 34 *De antiquitate Imperij domus Sabaudiæ.*
mania Saxonieqꝫ inclyta, domo ortos iam vltra septin-
gentos annos tam latum amplumque imperiū altissimus
concessit nil tale dicas cogitesve, quid praterea absurdius
qꝫ principem christianum Alexandrum aut Cæsarem si
proponere in quibus ipsis quasdam virtutes negant asse
qui ea potissimum imitabitur, quæ sola erāt fugienda nō
protinus trahatur in exemplū si quid fecit Cæsar. aut si qꝫ
fecit a Iustitia & Christi doctrina non abhorret, aut si ele
eiusmodi vt qꝫqꝫ imitandum non est ad virtutis studium
possit tamen accedere Quid n. prodest homini vt Euan-
gelica testatur, lectio si vniuersum mundum lucretur ani
mæ vero detrimentum patiatur, Iustitiam igiť princeps
inclyte, cole & obserua & clementiam amplectere quæ
licet prima fronte contrarie videantur recto in iudicio cō
functæ sunt, imo (vt ait Ambrosius) vnum sunt. Nec vl
lum magis decet clemētia q̄ principem, quicquid sentiat,
ille poeta dicens exeat aula qui vult esse pius. vt. n. elegā-
ter docet Flauius Vopiscus dos. prima est Imperatorum
homines n. ad deos nulla re propius accedere qꝫ salutem
hominibus dando (Cicerone teste) qui Cæsaris clemen-
tiam innumeris laudibus attulit, hinc etiā ad Honorium
Augustum ✠ Claudianus scribit.

Sis pius in primis, nam quum vincamur in omni. 35 *De pietate Principis.*
Munere sola deos equat clementia nobis.

Ideo misericordiæ virtus Deo attribuitur. Cuius pro-
prium est misereri. Et vere vt in orationibus ait Cicero
pietas est fundamentum omnium virtutū, miscenda est
ergo leuitas cum seueritate, faciēdum quoddam ex vtro
que temperamētum vt neqꝫ multa asperitate exulcerenť,
subditi neque nimia benignitate soluantur, hinc Dauid
virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga
enim percutimur, & baculo sustentamur. sit ergo districtio
Iusti iræ quæ faciat, sit & consolatio baculi quæ sub-
stentet, sit itaque amor sed nō emoliens, sit rigor sed non
exasperās, sit zelus sed nō immoderate sæuiens, sit pietas
sed non plusquam expediat parcēs. Intueri licet in Moysi
pectore misericordiam simul cū seueritate sociatam, non
igitur ita passim. ita faciliter • delinquentes veniam a cel- 36 *Gratias indulgentiasque delinquentibus concedere an & quomodo princeps debeat.*
situdine tua consequantur sed iusta legitimaque causa tan
tummodo subsistente ac matura dotilij tui super hoc deli
beratione precedente. Crudelis est principum clementia
parere impiis parricidiis & sacrilegiis nephariis, non pa-
rere ciuibus suis & populo qui ab his opprimitur, rari
quippe boni sunt, & prona in malū est natura hoīs quæ
si aliqn̄ impunitatem assequitur tanqꝫ prouocata magis
& magis prolabitur, nec tam venia cōmuni vtilitati con
suluit qꝫ vindicta, Cessant n. peccare homines vbi seueri-

tas delicta compescit, facilitas.n.veniæ incētiuum tribuit,
delinquendi Nec promiscuam igitur ac vulgarem habe
re clementiam, oportet nec abscissam, quum tam omni-
37 bus ignoscere crudelitas sit q̃ nulli. Rex est in regno * si-
Rex in regno talis est pluuia in terra.
cuti pluuia in terra quæ dei gratia est cœli benedictio, ter
re vita, viuentiū nutrimentum attamen in pluuia fiunt to
nitrua fulmina cadunt, Intumescunt torrētes fremunt ma
ria, multaq; mala cōtingunt, quibus pereunt viuētia ple-
raque verum tam accidentia mala non impediunt (vt ait
Philo.) quin laudent Deum homines gloriosum in maie
state sua signa eius gratię & dona misericordię cōsideran
tes. Sic accidit in principe a quo multa commoda proue-
nire solent, quæ suis subditis displicent & molesta sunt in
eis tñ inest maxima vtilitas. Ab eo aūt qui ex composuo
reus est sanguinis (vt sacrosancta scriptura admonet) nō
recipies prçcium sed iuxta mensuram culpe sit plagarum
modus potius.n.in corpore q̃ in ere puniēdi sunt delin-
quētes nam ad coercēdam audaciam. multū valet propo
situm punitionis exemplū quum ipsa miseri præsens for
ma viuentis ad recordationem admonet consocios & ad
considerationem (vt ait Orosius) cogit ignaros.

38 Qui imperare cupit * liberalis præcipue esse debet. qui
De liberalitate benignitate humanitate, ac abstinentia principis.
enim liberalitatē exercuerit ex hostibus amicos ex alienis
suos ex infidis fidos faciet, peregrinos & in extremis ter-
ris degentes ad sese amandum alliciet. Prçclara igiť virtus
ac maximum principis ornamētum est liberalitas. nec cu
randum si multa perdantur. modo aliquid bene detur,
vnum.n.recte positum multorum amissorum damna so
latur. deumq; sic agendo imitatur, qui quū sit omnibus
beneficus, Ipse nec vllius beneficio eget nec requirit bene-
ficiū. hocq; animo esse debet bonus princeps, vt eū diem
sibi perisse putet. quo aliquem suo beneficio non iuuerit
semperq; id cito faciat, quia vt ait Ausonius.
Gratia quum tarda est, ingrata est, gratia nanq;.
Quum fieri properat, gratia grata magis.

Exercendaq; est maxime liberalitas quum quis ex diui
tiis sine vitio suo casu aliquo vel iniuria in paupertatē ce-
cidit, semperq; modus adhibēdus est vrbem cuidam do
nabat Alexander qui animo nihil nisi magnū conceperat
dum ille cui donabať seipsum meritus tante muneris in-
uidiam refugisset nō conuenire fortunæ suæ dicens, non
quæro inquit quid te accipere deceat sed quid me dare.
Hāc vocem dicebat stultissimam Seneca, quum sit vbiq;
virtutibus modus eque peccat, ꝙ excedit q̃ quod deficit
superabunde siquidem sunt teste philosopho qualitates
a medio valde discrepantes scimus inquit Aristo. obser-
uantiam liberalitatis difficillimā esse, & eius transgressio-
nem facillimam In promptuq; auaritiam aut prodigali-
tatem exercere, difficile vero tenere liberalitatē. Si vis igiť
virtutem liberalitatis acquirere vires inquit tuas cōsidera
tempora necessitates & hominum merita. Vnde iuxta fa
cultatem cum mensura indigētibus hominibus dona da
bis, qui.n.aliter dat. peccat & regulariter transgreditur li-
beralitatem, nec vllam acquirit laudem, qui non indigen
tibus donat. perditurq; quicquid indignis datur, ad Ale
xandrum inquit Aristo. vnum dicam qď nunquam ces-
saui dicere, auaritię fugam & liberalitatis gratiam regum
esse gloriam & regnorū firmamentum hocq; potissimū
fit, quum rerum se abstinet, manumq; retrahit a subdito
rum bonis. Inueni siquidem subiicit in præceptis magni
doctoris Hermogenis scriptum summam & veram bo-
nitatem claritatem intellectus ac signum perfectionis in
rege esse abstinētiam a rebus subditorum. ꝙ si secus ege-
rit, cito regnum illius corruet, Huiusce vero continentiæ
& abstinentiæ, laudis multa & probabilia exempla no-
bis reliquere Romani verum proprio argumento (vt di
cunt Historici) laus iste nititur quoniam ex eodē naturæ
vtero, & continentia nata est, & Cato nō est igitur libera
litas quando vni extorquet qď alteri largitur sed vbi de
proprio donato. Illud itaq; beneficij genus principi ma-
xime sectandum est, ꝙ cum nullius incōmodo. aut recte
iniuria coniunctum est: nam alios spoliare vt dites alios,
hos pestundare vt illos euehas, maleficium potius q̃ be-
neficium est. Romanę aūt liberalitatis cœlestem spiritum
nulle litere satis dignis laudibus prosequūtur gloriam vt
omnes historici scribunt in hoc actu constituebant.

Nihil etiā sit * ꝙ malis q̃ & gratus esse & videri. quid 39
De ingratitudine euitanda.
in principe tam inhumanum tam ferum tam immane q̃
cōmittere vt beneficio nō dicam indignus sed victus esse
videať. Hęc est vna virtus non solum maxima sed & ma
ter omnium virtutum reliquarum vt in cōmentariis cau
sarum ait Cicero. Ideo Alexander a nullo vnquam se be
neficiis victum (vt ait Seneca) gloriari solebat.

Liberalitati ✠ comes erit humanitas & benignitas cu-
ius excellentia tanta est. vt Iul. Capitolinus in historia Bal 40
De benignitate & humanitate principis de quo etiā supra.
bini Imperatoris eum laudare volens dixerit In terra be-
nignius nihil fuisse. oportet etenim in reipu. statu q̃tum
fieri potest oēs ciues beneuoles reddere qď si id fieri ne-
queat saltem nisi ne hostes existimēt eos qui gubernāt &
quum olim Alphonsus Arragonum Rex a suis monitus
vt caueret ne nimia lenitas cōtemptum pareret & perni-
ciem, magis respondit cauendū est ne seueritas conciliet
inuidiam, vnde maius exitij periculum hac virtute præci
pue ornatum legimus Senatum Romanū, qui quū Car-
thaginensium legati in vrbē ad captiuos redimendos ve-
nissent, primus his nulla pecunia accepta iuuenes reddidit
duum millium septingentorū quadraginta trium nume
rum explentes, tm̄ hostium exercitū dimissum tātam pe
cuniam cōtemptā. tot punicis iniuriis veniā datam ipsos
legatos obstupuisse creditum est secumq; dixisse, o beni-
gnitatem, o munificētiam gentis Romanæ deorū beni-
gnitati equadam, o etiam nostra supra vota felicē legatio-
nem, nam beneficium qď nunq̃ dedissemus, accepimus
hinc etiā Apost. de Saluatore nostro loquens ait, apparuit
benignitas & humanitas Redēptoris nostri, qui alibi di-
cebat discite a me quia mitis sum & humilis corde, Ideo
Moyses quia mitissimus super oēs homines qui in terra
morabantur erat ob hanc virtutē creditur, vt Dionysius
inquit, tantam cum Deo familiaritatem habuisse.

Laudatur ab historicis Antonij pij opulētia victus sine
reprehēsione, & parsimonia sine sordibus ✠ quodq; ra-
tiones omnium prouinciarum et vectigalium optime sci 41
De parsimonia frugalitateque principis & mensura sumptuum.
uerit. extolliť a Xenophonte Agesilaus Rex qui sic sum
ptus equabat censibus vt nihil iniustum pecuniarū gra
tia facere cogeretur propterea neminē vnq; de Agesilao
cōquestum esse qď quicq̃ sibi abstulisset, scribit Derident
Historici Neronem qui diuitiarū & pecuniæ fructū, nō
alium putabat q̄ profusionem sordidos & depaccos esse
quibus ratio impensarum cōstaret, prelautos vereq; ma-
gnificos qui abstulerentur & perderent, ꝙ quum ipse fe-
cisset pecuniis destitutus & exhaustus calumniis atq; rapi
nis intendit animum secus qui Agesilai & Antonini &
Alexandri seueri vestigiis institerint, hi rerū copia nunq̃
destituentur optime.n. augetur principis census contra-
ctis impendiis. Cui igitur Reipub. cura commissa est sum
mopere prouidendū est vt inutilibus ac superfluis expē-
sis abstineat, vanis erarium necessariis non sufficiat, sed ra
paces manus ad aliena extendere necesse inde sit, & si n.
frugalitatis verbo principes laudari non soleant verū for
tis iustus seuerus grauis magnanimus largus beneficus li
beralis. hæ sunt regie laudes, Tu tamen cū M. Cicerone
frugalitatem idest modestiam & temperantiam & virtu-
tem in principe maximam iudica, Sumptuum igitur ac
censuum præcipuam curam habeto ne supra patrimonij
erariiq; vires effundas, sicq; omnia bonus princeps age-
re debet vt cum Augusto et Vespesiano rationem ad-
ministrationis & factorum possit reddere. quisquis enim
* bonam honestamq; vitam agere instituit, quocunque
in statu sit ita se gerit ita cuncta circunspicit vt quamuis
nulli teneatur, possit tam omnibus aut saltem Deo ratio-
nem

nē reddere causamq; probabilē hæc est.n.vera teste Cicerone descriptio officij qd̄ q negligit vt virtutē ipsam negligat oportet. Iure igiť merito vt pessimū fuit olim ab Atheniēsib⁹ Alcibiadis cōsiliū habitū. Puer.n.adhuc meditanti & anxio Pericli quo pacto reipub. de rebus administratis rōnem redderet conandū esse ne ratio red deretur respondit quod dictū accipiens ille maximis calamitatibus patriam suam inuoluit.

43 *De ira & affectibus a principe euitandis.* In rebus agendis ✠ cōsuescas iudicio potius q̄ animi impetu duci, qui.n alijs præest vacuus esse debet affectibus sibiq; ipsi prius præsidere desideria temperare Et in oī actione aduertere diligēterq; curare vt appetitus obtēperet rōne. Ita nāq; rectū q̄d sit cernere minime patiť odiū ad iniqua impellit trahit ad vim inferendā libido, stimulat ad vindictā dolor. Inuidia præcipitē agit vtq; inqt Claudianus Dijs ꝓximus ille est quē ratio non ira mouet, Hinc salust oēs hoīes ait qui de rebus dubijs cōsultant, ab omni odio auaritia ira atq; misericordia uacuos esse decet, haud facile animus verū prouidet vbi illa officiunt Ideo Plato deprehenso in facinore seruo excādescēs Xenocrati ad eū uenienti dixisse ferť plagis hūc afflige, id ego ne faciā impedimento est ira. Recte igitur Cicero in orōnibus sapientis esse ait non quid velit ipse sed q̄d lex et religio cogat cogitare, neq; sibi quodcūq; concupierit licere sed habere in consilio legē religionem fidem equitatē, libidinem autē odium inuidiam metū cupiditates oēs amouere nā Seuerino iudice nubila mēs est vinctaq; frenis hæc vbi regnant, Dictiq; sunt principes vt ait Gregorius quod principentur cogitationibus idest oēs prauorū affectuū impetus constringant. ideo princeps nō putet sibi licere, q̄cq̄d libuerit, quodq; principibus solēt adulatores occinere. Verū semetipsum ita instituat vt non solū libeat nisi quod licet īmo nec hoc sibi licere credat, qd' licet priuatis, quod.n.in alijs error est, in principe flagitiū reputatur, q̄d si iusta ira cōmotus princeps ad uindictā ꝓcedere decreuerit, sciat nequaquam hominibus irascendum esse sed corrigenda vitia medicorum exemplo, qui nō indignantur egrotos sed morbo medentur.

44 *Iussa principum diligenti consideratione probata fieri debere.* Verū quū non solum iussus sed etiā nutus principis attēdi soleat, ✠ videndū est ei magna diligētia q̄d iubeat ne sub eius ꝓtextu (qd' Cornel tacitus p̄monet) honesti conatus ꝓhibeantur. Et q̄cquid iuri vtilitatiue publice contrariū est etiā si a Cesare mandatū fuerit sperni reijcique debere, sanxerūt leges, extatque Diui Traiani notanda sententia dū, n. præfectum prætorio ense cingeret hoc inqt si iuste imperauero ꝓ me si autem male cōtra me utaris. Est iccirco ad bene recteque regēdū & gubernandum salubris aureisque literis signanda.

Claudiani ad Honorium admonitio dum ait

Tu licet extremos ✠ late dominere per Indos
45 *Salubris ad bene recteque regendum Claudiani instructio.* Te medus & mollis arabs, te scithes adoret,
Si metuis si praua tacis, si duceris ira,
Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas
Interius leges, tunc omnia iure tenebis,
Tunc poteris Rex esse tui, & paulo post
Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit,
Occurrat, mentemque domet respectus honesti,
Hoc te præterea crebro sermone monebo.
Vt te totius medio telluris in orbe
Viuere cognoscens, cunctis tua gentibus esse
Facta palam, nec posse dari regalibus vsq̄
Secretum uitijs. Nam lux altissima fati
Occultum nil esse finit, latebrasque per omnes
Intrat & obtusos implorat fama recessus,
Tu ciuem patremque geras, tu consule cunctis
Nec tibi, nec tua te moneant sed publica vota
In commune iubes siquid censes tenendum
Primus iusta subie. Tunc obseruantior equi
Fit populus, nec ferre vetat, quum viderit ipsum
Auctorem parere sibi. Componitur orbis,
Regis ad exemplum. Nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, q̄ vita regentis.
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

Qui nulli cesserit affectui q̄ ab honesto nulla rerū specie deflexerit, qui præceptis te doctrinæ tenax obseruatos et fidelis fuerit, custos q præcepti Platonis memor fuerit subditorū vtilitatem sic tuendo vt quicquid agit ad eā referat cōmodorum suorum oblitus bonū salutarēque aget principē, viuā dei cuncta moderantis referens imaginē hic odiū & inuidiam subditorū vitabit, fauorem amorē & beneuolentiam aucupabitur & sibi cōciliabit hæ sunt vere artes hæc sunt optima documenta, q̄bus imperia conseruantur diuturnaq; & stabilia permanēt, & his cōtrarijs corruunt. sic Romani floruere sic totius orbis rectores moderatoresq; perseuerare. Postq̄ uero ambitio simultas præcipueq; luxus & pecuniæ cupido vt Val tradit (quæ gn̄is humani certissime pestes, quo penetrauerūt iniuria dominatur, inuidia flagrat) ingruerunt statim præpotēs illud imperium. præclaraq; dignitas atq; omnibus gentibus stupenda popu. Rom. maiestas ad nihilū redacta corruit, cunctis mundi rectoribus exemplum minime spernendum.

Scire etiā oporter quēadmodū Thomas tradit q̄ ꝓuincie vel ciuitati magis expediat, ✠ pluribus vel vno 46 *An melius sit per unum quam per plures regi.* regi quod ex fine regiminis estimari cōsiderariq; posse Thomas ait, ad hoc n. cuiuslibet regentis ferri debet intentio vt eius quod regendū suscepit salutē ꝓcuret gubernatoris.n.est nauē contra maris pericula saluando illesam ad portū salutis ꝑducere, salus autē & bonū multitudinis est vt eius vnitas quæ pax dicitur conseruetur; qua remota socialis vitæ perit vtilitas, hoc igiť est ad q̄d rector multitudinis maxime intēdere debet vt pacis vnitatē ꝓcuret nec recte cōsiliū capit, an pacē faciat in multitudine sibi subiecta, sicut nec medicus an sanet īfirmū sibi cōmissum, nemo n cōsilium quærere debet de fine quē intendere debet sed de his quæ sunt ad finē. Quāto igitur regimen efficacius fuerit, ad vnitatē pacis conseruandā tanto erit vtilius hoc n. vtilius dicimus q̄d magis perducit ad finē, sed vnitatē magis efficere pōt quod est per se vnū q̄ plures. sicut efficacissima causa ē calefactionis q̄d est per se calidū. vtilius est igitur, regimen vnius q̄ plurium Manifestū etiam est plures multitudinē nullo modo conseruare si oīno dissentirent, requiritur n. in pluribus quędā vnio ad hoc quod regere quoquo mō possint quia nec multi nauē in vnā partē traherent, nisi aliquo mō cōiuncti. vniri aūt dicuntur plura per appropinquationē ad vnū. melius igitur regit vnos q̄ plures, ex eo q̄d appropinquant ad vnū. Præterea optime se habent quæ secundū naturā sunt. in singulis.n. operatur natura qd' optimū est, omne aūt naturale regimen ab vno est, in mēbrorū enim multitudine vnū est qd' oīa mouet scilicet cor, & in partibus animæ una vis principaliter præsidet, scilicet rō. In apibus igitur unus est Rex & Grues vnā sequuntur ordine literato, & in vniuerso vnus deus factor omniū & rector. Si ea igitur quæ sunt secundū artē imitantur ea quæ sunt secundū naturā tantoq; magis opus artis melius est quanto magis assequiť similitudinē eius quod est in natura, necesse in humana multitudine optimūq; p vnū regatur, nō ab re itaq; euenit ut necesse fuerit reip. Romanorū p unū Cōsuli, hoc etiā experimentis apparet nā prouinciæ vel ciuitates q̄ non reguntur ab uno dissensionibus laborāt & absque pace fluctuant vt videať adimpleri quod dn̄s per prophetā conqueritur dicens Pastores multi demoliti sunt vineā meam econtrario uero ꝓuinciæ & ciuitates quæ sub uno reguntur at gubernantur pace gaudent, iustitia florent, & affluentia rerum lętantur, vnde populo suo propitius dominus sibi caput unū per ꝓphetas ponere promittit, quodque in medio eorū esset princeps vnus.

47 *Quemadmodum vnius dominium optimum quando est iustum ita eius oppositum est pessimum.*

Sicut aũt regimen boni principis optimũ est ita regimen tyranni est pessimum. ✠ opponitur autem politiæ quidẽ Democratia, vtrũq; n. regimen est quod per plures exercetur, Aristocratiæ vero oligarchia, vtrunq; n. exercetur per paucos Regnũ autem tyrãnidi, vtrũq;.n. per vnũ exercetur quod autem regis & principis optimũ sit regimẽ ostẽsum est supra si optimo opponiẽ pessimũ necesse est q̃ tyrãnis sit pessimũ. Adhuc virtus vnita magis est efficax, ad effectũ inducendũ q̃ dispersa uel diuisa multi n. simul congregati trahunt quod diuisum p̃ partes singulariter ac p̃ singulos trahi nõ posset, sicut igitur vtilius est virtutẽ operantem ad bonũ esse magis vnã vt sit fortior ad operandũ bonũ. Ita magis est nociuum si virtus operans malũ sit vna q̃ diuisa, virtus aũt iniuste præsidentis operatur ad malũ multitudinis dum cõe bonũ in se tantũ detorquet. sicut igitur in regimine iusto quanto regens est magis vnũ tanto est vtilius regimen, & regnum melius est q̃ Aristocratia, Aristocratia vero q̃ politia, ita ecõtrario erit, Et i iniusto regimine vt v; quanto regens est magis vnũ tãto magis sit nociuũ, Inde magis est nociua tyrannis q̃ Oligarchia, Oligarchia q̃ Democratia, Præterea regnũ ex hoc fit iniustum quod preto cõi bono multitudinis priuatũ regẽtis quæritur, quanto igitur magis a cõi receditur bono, tanto magis iniustũ est regimen, a cõi vero bono magis receditur in Oligarchia in qua paucorũ bonum quæritur, q̃ Democratia in qua quæritur bonũ multorũ. Et adhuc magis receditur a cõi bono. in tyrannide in qua quæritur bonum vnius tantũ. omni n. vniuersitati p̃pinquius est multum q̃ paucum & paucum q̃ vnum solum regimen, igitur tyranni vt diuus Thomas concludit iniustissimum est. Id etiam manifestum est considerantibus diuinæ prouidentiæ ordinem quæ optime vniuersa disponit. nã bonum prouenit in rebus ex vna causa perfecta quasi omnibus cõiunctis quæ ad bonũ iuuare possunt, malũ aũt sigillatim ex singularibus defectibus, non. n. est pulchritudo in corpore nisi omnia mẽbra fuerint decenter disposita: turpitudo aũt contingit, quodcunque mẽbrum indecenter se habeat sicque turpitudo ex pluribus causis diuersimode p̃uenit, pulchritudo autẽ ex vna causa p̃fecta, sicque est in oĩbus bonis & malis tãq; hoc deo p̃uidente vt bonũ ex vna causa sit fortius, malum aũt ex pluribus causis sit debilius, expedit igitur vt iustũ regimen sit vnius tantũ ad hoc vt sit fortius. Qđ si a Iustitia declinet regimen magis expedit, vt sit multorũ quo debilius sit & se inuicem impediant. inter iniusta igitur regimina tolerabilius est Democratia, Pessimũ uero tyrannis Idẽ maxime apparet, si quis consideret mala quæ ex tyrãnis proueniunt, quia quũ tyrannus contempto cõi bono priuatum quærat consequens est vt subditos diuersimode grauet secũdũ quod diuersis passionibus subiacet ad aliquid affectandum. qui. n. passionis cupiditate detinetur bona subditorũ rapit, præterea inter ipsos discordias seminat, exortas nutrit & ea quæ ad considerationem hominum pertinent vt cõnubia et conuiuia prohibent & eiuscemodi alia per quæ familiaritas & fiducia generari solent.

Sub tyrãnis quoque pauci virtute insignes inueniuntur vt. n. voluit philosophus apud illos inueniuntur fortes viri penes quos fortissimi honorantur, Et vt Cicero ait, iacent semper & parum vigent quæ apud quosque improbantur. naturale. n est vt homines sub timore nutriti degenerent animum & ad omne virile strenuũque opus timidi et pusillanimes fiat qđ in prouincijs quæ diu sub tyrãnis fuerunt experimento patet.

48 *Quomodo narratũ est dominium apud Romanorũ Resp. ex dominio plurium interdũ magis aucta est et cur a principio Imperatores noluerint se reges appellari.*

Quia igitur ✠ optimũ & pessimũ cõsistuns in monarchia idest principatu vnius, multũ quidem tyrannorũ malitiã redditur regia dignitas odiosa quidã vero dum regimen regis desiderant, in sceuitias tyrannorum incidunt rectoresque q̃ plures tyrannidem exercent. sub dignitatis regiæ p̃textu quorũ exẽplum in repub. Romanorũ patet, regibus n. a pop Rom expulsis dum regiũ seu tyrannicũ potius factũ ferre nõ possent Consules et alios magistratus per quos regi ceperunt, & dirigi instituerunt regnũ in Aristocratiã cõmutari volẽtes. Et sicut refert Salustius memoratu incredibile est, quãtũ adepta libertate Roma breui creuerit, plerũque. n contingit vt hoĩes sub rege viuentes, segnius ad cõe nitantur. bonũ existimantes id quod in eã rem impendunt, nõ sibi ipsis conferre sed alteri, sub cuius potestate cõia bona consistere vident, quũ. n bonum cõe in potestate vnius vident, minime esse, ad illud attẽti nõ sunt quasi ad id qđ est alterius, sed quilibet attentus est ad illud. quasi suum vnde ciuitas per annuos rectores administrata interdũ plus potuit q̃ dux plures sub se ciuitates habẽs, exiguaque seruitia a regibus exacta grauius ferunt Ciues q̃ magna onera a cõitate imposita, quod in p̃cessu Romanæ Reipub. videri põt. plebs. n ad militiam scribebatur q̃ pro militibus stipendia exoluebat, Et quum stipendijs exoluendis cõe nõ sufficeret ærarium in vsus publicos opes venere priuatæ. Sed quũ dissensiõibus cõtinuis uexaretur, q̃ vsque ad bella ciuilia excreuerunt, q̃bus eis libertas cui plurimũ studuerant erepta est. Et sub p̃tãte Imperatorũ esse ceperunt, q̃ se reges a principio appellari noluerunt, q̃a nomẽ Regũ Romanis odiosum fuit, horũ aliqui more regio cõe bonũ fideliter procurarunt quorũ studio Rom. Respub. & aucta & cõseruata est. plurimi vero eorũ in subditis quidẽ tyrãni ad hostes vero effecti desides, & imbecilles Rom. Rempub. ad nihilũ redegerunt, Similis processus (vt inquit Thomas) in populo hebreorũ fuit primo quidẽ dũ sub iudicibus regebantur vndique ab hostibus diripiebantur, nã vnusquisq; qđ bonũ erat in oculis suis hoc faciebat. Regibus vero eis diuinitus datis ad eorũ p̃ces p̃p̃ regũ malitiã ab vnius dei cultu recesserunt, & in captiuitatẽ tandẽ ducti sunt, vtrinque igiẽ pericula ĩminent siue dũ timeẽ tyrannus, regis optimũ dñium euitetur vel dum hoc confideratur in tyrannicã malitiam conuertatur regia potestas.

49 *In principatu plurium sæpius contingit dominium tyrannicũ quã in vnius Imperio idco regimen vnius melius est.*

Quũ autẽ inter duo ✠ ex quorum utroque periculũ imminet, eligere oportet, illud potissimũ eligendũ est, ex quo minus malũ sequitur, ex monarchia autem si in tyrannidẽ conuertatur minus malum sequitur, q̃ ex regimie pluriũ optimatũ quãdo corrumpitur, Dissensio. n. quæ plurimũ sequitur ex regimine pluriũ pacis repugnat bono, qđ est in sociali multitudine præcipuũ qđ quidẽ bonũ per tyrannidem non tollitur, sed particularium hoĩum aliqua impediuntur, nisi fuerit excessus tyrannidis, in totã vniuersitatem deseuiens, magis igitur præoptan. est vnius regimen. q̃ multorum, quãuis ex vtroque sequaẽ periculũ. adhuc magis illud fugien. videtur ex quo pluries seq possunt magna pericula. frequentius aũt sequunẽ maxima pericula multitudinis ex multorũ regimine q̃ ex regimine vnius. plerũque n contingit vt ex pluribus aliquis ab intentione cõis boni deficiat q̃ qđ vnus tm̃, quicunque aũt ex pluribus præsidentibus ab intẽtione cõis boni diuertat dissensionibus periculũ in subditorũ multitudine ĩminet, q̃a dissentientibus principibus. consequens est vt in multitudine sequatur dissensio. Si vero vnus præsit, plerũque ad commune respicit bonũ aut si ab eo mẽtẽ auertat nõ statim sequiẽ vt ad subditorũ depressionẽ intendat, quod est excessus tyrannidis & in malitia regiminis, maximum gradũ tenens, magis igiẽ fugiẽda sunt p̃icula quæ ex regimine pluriũ p̃ueniunt q̃ ea q̃ ex gubernatione vnius. Præterea subiũgit Thomas nõ minus cõtingit in tyrannidẽ verti regimẽ multorũ q̃ vnius sed forte frequẽtius, exorta nãque dissensione per regimen pluriũ sæpe contingit, vnũ superare alios & sibi soli dñium multitudinis vsurpare, quod quidẽ ex his quæ pro tẽpore fuerũt manifeste inspici põt, nam fere omnium multorum re

gimen in tyrãnidẽ eſt terminatũ vt in Rom. Repub. apparet, dũ ꝑ plures magiſtratus diu adminiſtrata fuiſſet. exortis ſimultatibus & ciuilibus bellis in crudeliſſimos tyrãnos incidit. Et ſi qs præterita facta cũ ſequentibus diligenter conſideret, inueniet plures exercuiſſe tyrannidẽ in terris quæ ꝑ multos reguntur, q̃ in illis quę reguntur per vnũ ſi igitur regimen quod eſt optimum ꝑpter tyrannidẽ maxime vitandũ videatur, tyrãnis ſic magis in regimine pluriũ q̃ vnius cõtingere ſolet, cõſequens eſt ſimpliciter magis eſſe expediens ſub uno rege viuere q̃ ſub regimine plurium.

Qualiter ſ multitudo habere ſe debeat circa regem et principem cui auferẽda eſt occaſione in tyrannidẽ incidat & tolerandus ſit eſt ratione maioris periculi euitandi.

50 Quia ergo vnius regimen præeligen. eſt qd' eſt optimũ. & contingit ipſum in tyrannidem verti qd' eſt peſſimũ. * diligenti ſtudio laboran. eſt vt ſic multitudini de rege ꝓuideatur ne incidat in tyrannũ, Primũ autẽ neceſſariũ eſt vt talis conditionis hõ ab illis quibus huiuſcemodi ſpectat officiũ in regẽ promoueatur q nõ ſit veriſimile in tyrannidẽ declinare. Deinde ſic diſponenda eſt regni gubernatio vt regi & principi iam inſtituto tyrannidis ſubtrahatur occaſio, ſimul etiam ſic eius tẽperetur poteſtas vt facile in tyrãnidẽ declinare nõ valeat. Demũ curandũ eſt ſi princeps in tyrannidẽ diuerterit, qualiter occurri poſſit. Et quidẽ ſi nõ fuerit exceſſus tyrãnidis utilius eſſe remiſſam tyrannidẽ ad tẽpus tolerare, q̃ contra tyrannũ agendo multis implicari ꝑiculis quæ grauiora ſunt tyrannide ipſa, cõtingere põt vt qui contra tyrannũ agunt præualere nõ poſſint, ſicq; ꝓuocatus tyrãnus magis deſeuiat, Qd ſi præualere aduerſus tyrannũ quis poſſit neceſſe ẽ multoties grauiſſimas diſſenſiones in populo ex hoc ꝓuenire, ſiue dũ in tyrannũ inſurgitur, ſiue poſt eiectionẽ tyranni circa ordinationẽ regiminis, multitudo ſeparatur in partes, Interdũ etiã contingit vt tyrannũ expellens tyrannidẽ arripiat, & grauior q̃ præcedẽs fiat, vnde Siracuſis quondã Dionyſij mortẽ cũctis deſiderantibus, anus quædã vt incolumis & ſibi ſuperſtes eſſet cõtinue orabat, qd vt cognouit tyrannus cãm quæſijt, cui mulier reſpondit puella exiſtens, quũ grauẽ tyrannũ haberemus mortẽ eius cupiebam, quo interfecto aliquantulũ durior ſucceſſit, eius quoq; dominationẽ finiri deſiderabã, tertiũ te habere cepimus importuniorẽ rectorẽ. ſi itaque tu abſumptus fueris deterior in locũ tuũ ſuccedet. & ſi intolerabilis ſit exceſſus tyrãnidis ad fortiũ virorum virtutẽ quibuſdam viſum fuit pertinere tyrannũ interimere ſeq; pro liberatione multitudinis exponere ꝑiculis, Sed hoc Chriſti doctrinæ nõ conuenit, quæ etiã diſcolis reuerenter ſubeſſe iubet, ſed magis videtur contra tyrannorũ ſeuitiam non priuata aliquorũ præſumptiõe ſed authoritate publica præceden. Primo quidẽ ſecundũ diuũ Thomam ſi ad ius alicuius multidinis ꝑtineat de rege vel principe ſibi ꝓuidere nõ iniuſte ab eadẽ iſtitutus princeps deſtitui põt vel eius poteſtas refrenari ſi ꝑtãte regia tyrãnice abutaꝛ, nec infideliter agit etiã ſi eidẽ in perpetuũ ſe ante ſubiecerit, quia hoc ipſe meruit in multitudinis regimine ſe minus fideliter gerẽs vt principis exigit officiũ Sic Romani Tarquiniũ ſuperbum quẽ in regẽ ſuſceperant propter ſuam & filiorũque tyrannidẽ a regno eiecerunt, ſubſtituta minori conſulũ poteſtate, ſic Domitianus qui modeſtiſſimis Imperatoribus Veſpaſiano et Tito fratri ſucceſſerat dũ tyrannidẽ exercet, a Senatu interẽptus eſt, oĩbus quæ peruerſe fecerat per ſenatuſconſultũ in irritũ reuocatis. Si vero ad ius alicuius ſuperioris multitudini de principe ꝓuidere ꝑtineat, expectandũ eſt ab eo remediũ contra Tyrãni nequitiã, aduerſus quã omni humano deficiente auxilio ad Regem oĩum recurrendum eſt Deum videlicet qui adiutor in tribulatione eſt. Eius. n. potentiæ

Ex malo principe poſſe bonum fieri

5 ſubeſt vt crudele tyranni cor in manſuetudinẽ conuertatur, qa vt inquit Salomon * cor regis in manu dei eſt, quocũque uoluerit inclinabit illud Ipſe. n. Regis Aſſueri crudelitatẽ q Iudeis mortẽ parabat, in manſuetudinem vertit, ipſe eſt q Nabuchodonoſor crudelẽ regẽ ita conuertit, vt factus fuerit diuinæ potentiæ ꝑdicator, hic etiã Virgilius ait, ponũtque ferocia peni corda volẽte deo, quos vero tyrannos ſenſit auferre de medio põt vel ad intimũ ſtatũ reducere, quũ ſcriptura dicat, ſedẽ ducũ ſuperborũ deſtruxit deus & ſedere fecit mites ꝓ eis, ipſe ẽ. n. qui vidẽs afflictionẽ populi ſui in ægypto & audiẽs eorũ clamorẽ, Pharaonem tyrannũ cum exercitu ſuo in mare deiecit, nec eſt abbreuiata eius manus, vt populũ ſuũ a tyrãnis liberare non poſſit, nã per Iſayam populo ſuo ꝓmittit, ſe daturũ requiẽ a labore & cõcuſſione ac ſeruitute dura, quã ante ſeruierat ſed ut tale beneficium populo a Deo conſequi mereatur, a peccatis abſtinere debet, in quorũ vltione impij diuina permiſſione principatũ accipiunt dicente dño: dabo tibi regem in furore meo tollẽda eſt igiꝛ culpa vt ceſſet a tyrannorũ plaga.

dei auxilio ſ cuius manu cor regis eſt tollenda tamẽ eſt prius ꝑ hominis culpa.

52 Quoniã igitur liquet * ad principẽ ſpectare bonum multitudinis quærere oneroſum graueque eius officiũ uideꝛ, niſi propriũ aliquod bonũ ex eo prouenirct. Cõſiderare itaque oportet quale ſit boni regis & principis cõueniens præmiũ quibuſdã viſum fuit præter honorẽ & gloriã aliud nihil eſſe: princeps n. cui prædicta nõ ſufficiunt tyrãnus efficiꝛ. ineſt qppe animis omniũ vt propriũ quærant bonũ, voluptates & diuitias ſicque ad rapinas & ſubditorũ iniurias conuertitur. ſed ſi hanc ſententiã receperimus plura ſuccedent incõuenientia. In plurimis hoc regibus diſpẽdioſum eſſet, ſi tot labores ſollicitudiniſque paterentur, ꝓ tã fragil. mercede & multitudine nociuum ſi pricipibus tale pręmium ſtatuatur, nam ad boni viri officium pertinet vt contẽnat gloriã ſicut cætera tẽporalia bona. virtutis. n. eſt, & fortis animi eſt gloriã ꝓ iuſtitia contẽnere ſicut & vitã, vnde mirabile quoddã ſequitur vt quia virtutũ actus ſequitur gloria, ipſa gloria digne contẽnatur & ex contẽptu gloriæ hõ glorioſus reddatur, iuxta illud Fabij, gloriam qui ſpreuerit verã habebit, ſi igitur hoc ſolũ bonũ ſtatuaꝛ principibus, præmiũ conſequens erit bonos viros non aſſumere principatum, aut ſi aſſumpſerint ſine præmio eſſe. quoniam ergo mundanus honor & hominũ gloria regię ſollicitudinis non eſt ſufficiens præmiũ, quærendũ eſt quale ſit eidem ſufficiens.

Quid præcipue mouere debeat principẽ ad regẽ honor uel gloria.

Eſt autem conueniens vt Rex a deo præmium expectet, miniſter enim ꝓ officio, a dño præmiũ expectat. princeps autẽ populũ gubernãdo miniſter Dei eſt, quũ omnis poteſtas (vt Apoſtolus ſcribit) a deo ſit. Reges igitur & princeps pro ſuo regimine præmiũ a deo expectare debent, Remunerat aũt deus pro ſuo miniſterio reges & principes interdũ temporalibus bonis, quæ præmia malis & bonis cõia ſunt, Bonis autem regibus & principibus qui pia intentione populũ Dei regunt, non quidẽ terrenam ſed æternã mercedem eis ꝓmittit, nec in alio q̃ in ſeipſo, hoc igitur præmium virtutis cõuenienter expectatur quod hominẽ beatum facit Si aũt bene operari virtutis opus eſt, regis vero & principis opus eſt bene regere ſubditos, hoc etiam erit pręmium regis, quod eũ faciat eſſe beatum, beatitudinẽ autem dicimus vltimũ deſideriorum finẽ, neque n. deſiderij motus in infinitũ ꝓcedit Eſſet n. inane naturale deſiderium, quũ infinita pertranſiri non poſſunt, quũ autẽ deſideriũ intellectualis naturæ ſit, vlis boni hoc ſolum bonũ poterit vere beatũ facere, quo adepto nullũ bonũ reſtat, quod amplius deſiderari poſſit, vnde & beatitudo diciꝛ eſſe perfectũ bonũ quaſi omnia deſiderabilia in ſe comprehendens. ſed tale nõ eſt aliquid terrenũ bonum, nã qui diuitias habent amplius habere deſiderant, & ſi ampliora nõ quærunt deſiderant tamen ut ea permaneãt, vel alia in locũ eorum ſuccedant, nihil enim permanens inuenitur in rebus terrenis, nihil igitur quietũ eſt quod mortaliũ poſſit deſideriũ quietum reddere, ergo nec terrenũ aliquod bonum faciet, vt poſſit eſſe regis & princi

pis cōueniens præmiū. Præterea cuiuslibet rei finalis intentio & cōpletū bonū ab aliquo superiore dependet, Si enim argento misceatur aurū, argentū fit melius qđ ex plūbi admixtione impurū efficitur, constat aūt terrena oīa esse infra mentē humanā, beatitudo vero est hominis perfectio finalis & cōpletum bonū, ad quod oēs peruenire desiderant, nihil igitur terrenū est quod hominem possit beatum facere, nec igitur terrenū aliquid est præmiū principi sufficiens & qđ regi & principi ꝓ præmio decerni possit, cuiuslibet.n.rei desideriū, in suū tendit principium, humanæ vero mentis causa nō est aliud q̃ Deus, qui eā ad suā imaginem facit, solus igitur Deus q̄ hoīs desiderium facit quiescere, hominēq; beatum regi ac principi conueniens præmium est.

53 *In cœlesti beatitudine maiorē gradū principis boni obtinebunt.*

Considerandū vlterius est quod eminentē cœlestis beatitudinis gradum obtinebunt qui principis officiū laudabiliter exequuntur, si enim beatitudo virtutis est præmiū, cōsequens est vt maiori virtuti, maior beatitudinis gradus s̄m Thomā debeatur, Est aūt præcipua virtus qua hō aliquis non solum seipsum sed etiā alios dirigere potest, et tanto magis quanto plurium est rectrix, si maius itaq; virtus requirit ad regendū domesticā familiā q̃ ad regendum seipsum, multoq; maior ad regimen ciuitatis & regni excellentis virtutis est officium regium bene exercere, in beatitudine ergo excellens ei debetur præmiū. Præterea in omnibus artificijs & potentijs laudabiliores sunt, qui alios bene regunt, q̃ cui scđm alienā directionē se bene habēt, In speculatiuis.n maius est virtutem alijs docendo tradere q̃ quod ab alijs docetur, capere posse In artificijs ēt magis estimatur & maiori præcio cōducit, architector qui artificiū disponit q̃ artifex qui secundū eius dispōnem manualiter operatur, & in rebus bellicis maiorē gloriā ex victoria consequit prudentia ducis q̃ militis fortitudo. Sic autē se habet rector, multitudinis in his quę a singulis secundū virtutē agenda sunt sicut doctor in disciplinis & architector in edificiis Duxq; in bello: vnde sequitur Regē et principē maiori pręmio dignū, si bene subiectos gubernauerit q̄ si aliqs subditorū sub rege bene se habuerit & hoc lucidius apparebit si quis magis specialiter cōsideret, laudat .n. ab hoibus quāuis priuata persona, a, Deoq; præmio cōdonat, si egenti subueniat, si discordes recōciliet, si oppressum a potētiore eripiat, deniq; si alicui opē ꝯsiliū ve qualitercūque ad salutem conferat, quāto magis ab hominibus laudandus est & a, deo præmio cōdonandus q̄ totā prouinciā facit pace gaudere, violentias cohibet Iustitiā seruat, & qđ ab oibus agendū sit legibus & pręceptis disponit, Hinc etiā regie virtutis magnitudo appet, qui Dei similitudinē gerit, dū agit in regno qđ Deus in mundo, tanto aūt est deo acceptius aliqđ, quāto magis ad eius imitationē accedit, ideo cōsequens est bonos principes Deo acceptissimos esse, maximoq; præmio ab eodē cōdonandos, Principatus vero (vt aiunt) virū ostendit. multi.n. ad principatū imperiūq; peruenientes a, virtute discedūt, qui dū in statu essent infimo videbantur virtute pręditi, vnde difficultas quæ principes vrget ad bene regendū maiori præmio eos facit dignos quod etiā diuina auctoritate firmat, dicitur.n. Zacharię ca. 12. quod in illa beatitudinis die qua erit dn̄s protector habitantibus in Hierusalem idest in visiōe pacis eternæ, aliorum domus erunt, sicut domus Dauid quia scilicet oēs reges erunt, & regnabunt cū Christo vti membra cū capite, Sed domus Dauid erit quēadmodum domus Dei qa sicuti regendo fideliter dei officiū gessit in populo, ita in præmio deo ꝓpinquus erit adhibuerit que, licet.n. angelorū & hoium īfinitus numerus essenciā dei uideat inequaliter tn̄ vident, Ideo Ioannis ca 14. dicitur in domo patris mei multæ sunt māsiones, idest diuersa præmia meritorū secundum expositores, causabitur autem ea inequalitas eo qđ intellectus alicuius maiorē facultatē deū videndi adipiscetur q̃ alius, & qui plus charitatis habuerit, perfectius ac maiori beatitudine deū videbit vt uoiunt Theologi, sicuti ecōtrario p̄scitis in infernoq; dānatis diuersa tormenta ꝓ qualitate quātitateque demeritorū parata sunt, eāque mansionū diuersitatem in cœlo esse Christus declarauit, ne de eterna beatitudine minus ꝑfecti desperarent, nā si in domo cœlestis patris, vnica tm̄ esset māsio, hoc est vnicus tantū esset beatitudinis gradus, oporteret in hac vita omniū beatitudinē sperantiū merita esse equalia, alioqui ad illā vnicā mansionē peruenire nō possent, per hocque imperfecti qui ad equalitatē perfectorū non ascendunt, in illa beatitudine locū nā haberent, qbus vtpote nō deberet vnica illa māsio & ille beatitudinis gradus, subiūxit ideo loco ꝓxime allegato, Christus, si aliter esset, dixissem uobis vt ꝑ hoc vs studeretis fieri omnes equales, in meritis.

54 *Principatus uirum ostēdit.*

Quum regibus & principibus in cœlesti beatitudine tam grande ꝓponatur præmiū si in regendo se bene habuerint, ✠ diligenti cura se ipsos obseruare debent, ne in tyrānos cōuertantur, nihil.n eis acceptius eē debet: q̄ qđ ex honore regio quo sublimant in terris in cœlestis regni gloriā transferatur. ✠ Addendū est etiā quod tpalia hæc cōmoda quorū causa tyrāni Iustitiā deserunt ad lucrū (ut inquit Thomas) regibus & principibus magis proueniunt dū Iustitiam colunt seruantq;. experiētia.n. docet reges & principes diuitias magis per Iustitiā adipisci, q̃ per rapinā tyranni. Ex quo n. tyrānorum dn̄ium subiectæ multitudini displicet, multis egent subsidijs vt cōtra subditos tuti reddant: in qbus necesse plerūque ē plura expēdere q̄ a, subditis rapiant, & extorqueāt. Regū aūt dn̄ium quod subditis placet ad custodiam illos paratos habet, in quibus expensa necessaria nō est, īmo in necessitatibus regibus plura sponte donāt, q̃ tyranni deripere possint, Sic iusto dei iudicio contingit, vt q diuitias iniuste cōgregant inutiliter eas dispergant, aut iniuste auferant ab eis, præterea quis dubitat bonos reges non solū in uita sed post mortē magis quodāmodo laudibus hominū uiuere & in desiderio haberi. malorū vero nomen aut statim deficere, aut si excellētes in malitia fuerint cū detestatione eorū memoriā fieri siquis etiam antiquorū gesta & neotericorū euentus consideret vix inueniet alicuius tyranni dn̄ium diuturnū fuisse: vnde & Aristot. in sua politia multis tyrannis cōmemoratis omnium dn̄ium breui tēpore, extinctum fuisse demonstrat, q vero diutius præfuerunt in tyrannidē non multū excedebant, sed in pluribus regalem modestiā imitabātur. Adhuc aūt hoc magis fit manifestū (vt Thomas ait) ex cōsideratione diuini iudicij Deus n. hominē hypocritā ꝓpter peccata populi ✠ regnare facit. nullus aūt verius hypocrita dici pōt q̄ qui assumit officiū, & exhibet se tyrannū hypocrita.n dicitur, q̄ alterius repræsentat personā sicut in spectaculis fieri cōsueuit sic igit deus sinitit tyrannos ad puniendū subditorū peccata, quæ calamitas ira dei nuncupatur, iuxta illud, dabo vobis regem in furore meo infelix est autē rex, qui populo in dei furore cōceditur, non enim potest illius dominium stabile esse qa nō obliuiscitur misereri deus, nec continebit in iras eius misericordias suas, sed post tēpestatem p eos populo inductā per eorundem deiectionē tranqllitatem inducet, quorū peccata ex dignitate suscepti officij grauiori etiā pena afficiet, vt.n rex eius ministros grauius punit si infidos inuenerit. Ita deus seuerius plectet, eos quos sui regiminis executores & ministros facit si perperā agant dei iudicium in amaritudinē cōuertētes, Priuatur itaque tyrānus excellētissima beatitudine quæ regibus & principibus in præmiū debetur maximisq; tormentis subijcitur. omnibus igitur neruis viribusque contēdas vt ad iusti principis regimen semp accedas, & exaltabitur mirum in modum gloria tua.

Principes bono regimini studere debet ꝓ sui ipsius boni vtilitateque inde ꝓuenientem. 55

Iusti principes magis ditātur q̄ tyranni hic que penes quos nullus est Iustitia locus. 56

De hypocritis propter scelera populi regnātibus. 57

Infelix est princeps q populo in dei furore conceditur. 58

Consequens est autem considerare quod sit re-

Princeps i regno sicut anima 59

in corpore & deus in mundo esse debet.

gis & principis officium & qualē oporteat esse principē his quæ in superioribus scripsimus quibusdā additis, et quia ea quæ sunt secundū artē imitantur ea quæ sunt secundū naturam, ex quibus accipimus vt secundum rationē operari possimus optimum videtur regis & principis officiū a forma naturalis regiminis assumere. Inueniť autem ait Thomas, in rerum natura regimen vniuersale & particulare, vniuersale quidem secūdū ꝙ omnia sub dei regimine cōtinentur, qui sua ꝓuidentia cuncta gubernat. Particulare autem regimen diuino quidē regimini maxime simile est quod inuenitur in homine qui ob hoc minor mundus appellatur, qa in eo vniuersalis regiminis forma inuenitur, nā sicut vniuersa creatura corpa & oēs spirituales virtutes sub diuino regimine cōtinentur, sic & corporis mēbra et ceteræ virtutes aīæ a ratione reguntur, & sic quodāmodo se habet ratio in homine vt Deus in mundo.

Hoc igitur officiū princeps se suscepisse cognoscat, vt sit in regno sicut anima in corpe & sicut deus in mūdo, quæ si diligenter consideret, ex altero iustitiæ zelus in eo attenditur, dū considerat, ad hoc se positū vt loco Dei iudicium in regimine sibi credito exerceat, ex altero vero mansuetudinis & clementie lenitatē acquirit dū suo regimini subditos, & propria membra reputat.

Et si institutioni ciuitatis opera, detur ꝓuidere oportet qs locus sit sacris, quis iuri reddendo, qs singulis artificibus deputādus, vlterius aūt oportet hoīes qui locis congruis, secundū officia sua deputandi sunt Demum ꝓuidendū vt singulis necessaria suppetant, secundū cuiusque constitutionē, & statum aliter ciuitas cōsistere nō

60 *De ordine boni principis.* posset. Deinde per legē diuinā edoctus princeps ꝓuidere debet, qualiter multitudo sibi cōmissa bene viuat quod quidē studiū in tria diuiditur, vt in subiecta multitudine bonā vitam instituat, Inde vt institutā conseruet Demū vt conseruatā ad meliora promoueat. Circa quę principi triplex īminet cura, prima quidē de successione & substitutione illorū qui diuersis officijs p̄sunt, vt quēadmodum per diuinū regimē in rebus corruptibilibus quæ semp eodē durare non possunt, prouisum est vt ꝑ gñationē alia in locū aliorū succedant vt vel sic conseruetur integritas vniuersis, Ita per regis studiū conseruetur subiecte multitudini bonū dum sollicite & prudēter curat qualiter alij in deficientiū locum succedant, Deinde vt legibus & præceptis præmijs & pœnis hoīes sibi subditos ab iniquitate coerceat, & ad opera virtutem sapientia inducat exēplū a deo accipiens qui hominibus legē dedit obseruantibus quidē mercedē transgredientibus penā retribuens, tertio principi cura īminet, vt multitudo sibi subiecta contra hostes tuta redditur nihil.n. prodest inferiora vitare ꝑicula si ab exterioribus defendi nō posset Pacis igitur tpe prudens & sapiēs princeps morū iniquitate bonis legibus occurrat, malas tollat, ut deprauatas corrigat rōnes exquirat, quibus populū q̄ minimū grauet, quibus ditionē suam latrocinijs maleficijsq́ liberet, et malis hoībus purget, quibusq́ eā meliorē efficiat, non faustū & superbiam ostēdet, sed quæ ad reipub cōmoditatem attineant, procuret quæ parum tuta cōmuniat, publicis edificijs ornet. pontibus tēplis tēpis aqueductibus loca pestilētiæ obnoxia purget, vel edificiorū mutatione aut desiccatis paludibus fluuios incōmode fluentes, alio deriuet, flumina ad publicā vtilitatem vel arceat vel admittat, & nauigabilia bonorum principū exēplo faciat, subditos magis virtute & moribus, estimet q̄ censu, Augustus vrbē ꝓ maiestate Imperij excoluit, adeo vt iure sit gloriatus (vt Suetonius ait), marmoreā se relinquere quā latericiā accepisset, Et quēadmodū Vegetius ait maiorem gloriā asseq principes non potuere q̄ nouas Ciuitates fundando aut ab alijs conditas ampliando in suum nomen transferre. Si igiť facultas id faciendi cōcederetur in electione regionis maxima esset adhibenda cura vt omni nocuo liberā & cōmoditatibus refertissimā quod fieri posset haberetur in primis coelū ne habitantis graue & infestū haberēt omni diligentia penitus precauebant prudente id quidē & maxime necessario cōsilio nam terrā atq aqua si qd habeant in se vitij arte & ingenio corrigi posse nō negant. Coelū vero nulla ingenij ope nullaq hominū manu satis posse mendari asseuerant, & omnino spiritus anhelitus quo vno maxime vitā ali, seruariq sentimus mirifice ad salutē confert si erit purissimus, tū & quantū habeat coelū in gignendis ꝓducendis alēdis seruādisq rebus vim quis est quē id fugiat, quando & præstare ingenio eos intelligas hoīes qui coelo fruantur puriore quā eos qui crasso vt madenti quæ vna res potissimū effecisse crediť vt athenienses acumine ingenij multo præstiterint Thebanis ex tēperie regionis habitatores multa commoda consequuntur In primis incolumitatem corporis & lōgitudinē vite quū.n. sanitas in quadā temperie humorū cōsistat in loco tēperato conseruabitur sanitas simile.n. suo simili conseruatur, si aūt fuerit excessus caloris vel frigoris necesse est secūdū qualitatē aeris ꝙ qualitas corporis īmutetur vnde naturali quadā industria, animalia quædā tempore frigido, ad calida loca se trāsferunt, rursus tēpore calida frigida repetēdo vt ex contraria dispositione loci temporis consequuntur temperiem.

61 *Principum proprium est instituere ciuitates & oppida ad gloriam consequendam eligendasque tem perdia.*

Post electionē aūt regionis oportet ✠ Ciuitati constituēde locū idoneū eligere in quo ut diximus in primis aeris salubritas requirenda videtur, conseruationi.n ciuili preiacet naturalis uita quæ per salubritatē aeris seruať illesa, locus aūt saluberrimus erit, vt vegetius inquit excelsus nō nebulosus nō pruinosus, regionesq coeli spectans neq estuosas, neque frigidas, neq paludibus vicinas, eminentia quidē loci solet ad salubritatē aeris cōferre, qa locus eminens vētorū perflationibus patet qbus redditur aer purus uapores etiam qui uirtute radij solaris resoluuntur a terra, et ab aquis multiplicantur magis in qualibet et in locis demissis q̄ in altis in qbus aer subtilior inuenitur. Huius aūt aeris subtilitas quē ad liberam & sincerā respirationē plurimum valet per nebulas impeditur & pruinas quæ solent in locis humidis abundante vnde huiuscemodi loca salubritati cōtraria inuenirentur, & qa loca paludosa humiditate abūdant oportet locū constituende vrbi electū a paludibus esse remotum, Quū.n. aure matutine sole oriēte peruniēt, & a paludibus orte nebule eis abiūgenť, flatus aīaliū palustriū venenatorū cū nebulis mixtos spargent & locū facient pestilentem oportet etiā locū vrbi destinatū ad calorē & frigus tēperate disponi secundū aspectus ad coeli diuersas plagas, si.n. menia maxime prope mare cōstituta ad meridiē spectabunt salubria non erunt, huiuscemodi.n. loca mane quidē frigida erunt, qa nō respiciuntur a sole Meridie vero feruentia ꝓpter solis aspectū, quæ autem ad occasum spectant orto sole tepescūt, vel etiā frigenť Meridie calēt, vespere feruent ꝓpter caloris cōtinuationem at solis aspectū, si vero ad orientē spectabunt mane quidē ꝓpter solis directam oppositionē temperate calescēt, nec multū in meridie calor augebitur sole locū directe minime spectāte vespere vero totaliter radijs solis auersis frigescent eademq vel similis tēperies erit si ad aquilonē locus respiciat vrbis oppositū est, qui meridie respiciente dictū est, Possumus aūt experimento cognoscere (vt inquit Thomas) qui in maiorē calorē minus salubriter aliqs trāsmittať, quæ n. a frigidis locis corpa traducuntur in calida durare non possunt, sed dissoluuntur quia calor sugendo vaporē naturales virtutes dissoluit, vnde etiam in salubribus locis corpora estate infirma redduntur, Quia vero ad corporum sanitatem conuenientium ciborum vsus requiritur in hoc conferre oportet de loci salubritate q̄ cōstituēde vrbi eligitur, vt ex cōditione ciborū discernatur, qui nascātur in terra, quod quidem

62 *De salubritate aeris & ciuitate requirenda.*

explorare solebant antiqui, ex alalibus ibi nutritis, quũ
enim hoibus alijsque animalibus cõmune sit, vti ad nu-
trimentũ his quæ nascuntur in terra consequens est vt
si occisorum animaliũ viscera benevalẽtia inueniuntur,
hoĩes etiã in eodem loco salubrius nutriri posse at si ani-
maliũ occisorũ membra morbida sint rationabilius ac-
cipi põt iuxta Demetrij & Platonis vetus institutũ nec
hominibus illius loci habitationem salubrem fore.

63 Sicut aũt aer temperatus ita salubris aqua est requi-
renda. ex his n. maxime dependet sanitas corporũ, quæ
sæpius in vsum hoium assumũtur, & de aere quidẽ ma
nifestũ est q. quotidie ipsum aspirãdo intro attrahimus
ad vitalia vsque vnde, principaliter eius salubritas ad in
columitatẽ corporũ confert, Ac interea quæ per modũ
nutrimẽti assumunt, aqua ẽ qua sæpissime vtimur, tam
in potu q̃ in cibo, ideo nihil est præter aeris puritatem
magis pertinẽs ad loci sanitatem q̃ aquarum salubritas,
aquam aũt esse optimam referunt limpida perlucida &
tenuis sit, quæ in candidum linteum infusa non cõmacu
larit quæ feruefacta fecem nõ dimiserit quæ muscosum
alueũ quo perfluat & præsertim laxa coingnata nõ red
diderit. Addunt aquã percõmodam esse in qua legumi
na decocta bene mitescant aeris vero loci & aquarũ sa-
lubritas considerari potest si cõmorantium facies bene
coloratæ appareãt, robusta corpora, & disposita mẽbra
si pueri multi & viuaces si senes multi reperiantur ibidẽ
econtrario si facies hominum deformes. appareant de-
bilia corpora exinanita mẽbra vel morbida si claudi &
tortuosi multi nascantur, si pauci & morbidi pueri &
adhuc pauciores senes dubitari non põt, id cœli aerisq̃
vi ac vitio aut occultiore aliqua depravatæ naturę causa
fieri & locum esse mortiferum.

De salubritate aque in ciuitate necessaria.

64 Oportet autẽ vt locus constituende vrbi electus non
solum talis sit, qui salubritate habitatores cõseruet, sed
vbertate ad victũ sufficiat, impossibile. n. est hominum
multitudinẽ habitare vbi victus copia nõ suppetit, Duo
tamen sunt modi qbus ciuitati põt rerũ affluentia sup-
petere vnus propter fertilitatẽ regionis omnia abunde
producent quæ humane vite requirit necessitas, alius au
tẽ per negociationis & mercature vsum, quo mediante
necessaria vite diuersis ex partibus adducantur, Primus
aũt modus conuenĩẽtior esse manifeste cõuincit, tanto
enim aliqd dignius est, quãto per se sufficiẽtius inuenit,
quia qđ alio indiget deficiens esse liquet sufficientiã aũs
plenius possidet. Ciuitas cui circũiacens regio sufficiens
est ad necessaria vitæ q̃ illa quæ indiget, ab alijs per ne-
gociationem accipere, dignior est. n ciuitas si rerũ abun
dantia ex proprio territorio fruatur q̃ si per mercatores
abundet quũ hoc sit etiam securius propter bellorum
euentus, et diuersa bellorũ discrimina quibus cõmeatus
deportatio faciliter impediri potest, cuius defectu oppri
meretur ciuitas. Est etiã hoc ad conuersationem ciuilem
vtilius nã ciuitas quæ ad sui substantiã mercatorũ multi
tudine indiget extraneorũ conuictum sustineat oportet
extraneorũ aũt cõuersatio ciuium mores vt inquit phi-
losophus plurium corrũpit, necesse etenim est vt extra-
nei alijs legibus & cõsuetudinibus enutriti in multis a ci
uiũ moribus discrepent sicque dũ ad similia agenda p-
uocantur ciues perturbatur ciuilis conuersatio. Hinc Cice
ro in orõnibus ait Carthaginẽses fraudulẽtes & menda
ces nõ genere sed natura loci fuisse qui propter portus
suos multis & varijs mercatorũ & aduenarũ sermoni-
bus ad studium fallendi studio questus vocabantur.

De copia rerum ad ciuitatẽ necessaria & quis modus copie magis conducat.

Præterea si ciues ipsi mercature dediti fuerint plurib[9]
vitijs pãditur aditus, quum. n. negociatorũ studium ad
lucrũ maxime tendat per negociationis vsum in cordi-
bus ciuiũ accenditur, ex quo cõuenit in ciuitate oia fieri
venalia & fide subtracta locus fraudibus aperit, & con
tẽpto bono publico quisque pprio cõmodo deseruiet
virtutisque deficiet studium dũ honor virtutis præmiũ
omnibus defertur, vnde in tali ciuitate necesse erit, con-
uersationẽ ciuilem corrũpi. est. n negociationis vsus mili
tari plurimũ cõtrarius, negociatores. n. dũ vmbram co-
lunt laboribus parcunt, & dũ fruũtur delitijs mollescũt
animo redduntur que corpora debiliora & ad labores
militares inepta ex quo militibus per ius ciuile negotia
tio interdicta ẽ, Denique ciuitas illa pacifica magis solet
eẽ, cuius populus rarius cõgregat, & minus intra vrbis
menia residẽt, ex frequenti. n hoium cõcursu litibus da
tur occasio, & seditionibus ministrat materia vnde sm
plm vtilius est extra ciuitatem populũ exerceri quam
contra ciuitatis menia iugiter commorari, si aũt ciuitas
sit negociationibus dedita oportet intra vrbẽ ciues resi
dere ibique mercaturã exercere. Est igitur vtilius ciuita
ti eorũ quæ ad propriũ victum spectant ex pprijs agris
copiam suppetere q̃ q civitas negociationi penitus sit
exposita, negociatores tamẽ a ciuitate excludi omnino
non oportet, qa haud facile locus inueniri potest, q̃ sic
vitæ omnibus necessarijs abundet vt quibusdã aliunde
allatis nõ indigeat. Et eorũ quæ eodẽ in loco superabun-
dant, redderetur pariter multis dãnosa copia si a merca-
toribus ad alia loca transferri non possent. oportet igit.
perfectam ciuitatem mercatoribus moderate vti.

Est etiã cõstruendis vrbibus eligẽdus locus q amœ- 65
nitate habitationis delectet, non n. facile deseritur locus
amenus nec ad locũ illum cõiter confluit habitantium
multitudo, Cui deest amenitas, eo q hois vita absque
amenitate diu durare nõ possit, ad hanc autem amenita
tem pertinet, q sit locus camporũ planicie distentus, ar-
borũ ferarum montiũ propinquitate conspicuus nemo
ribus gratus, & aquis irriguus, verum, quia amenitas
nimia hoies ad delitias allicit, quod ciuitati plurimũ no-
cet ea moderate vti oportet, hoies. n. delitijs vacantes,
sensu primũ hebetant, earũ. n. suauitas sensibus animũ
ĩmergit ita vt in rebus delectabilibus liberũ iudicium
habere nõ possint, Deinde superflue delectatiões ab ho-
nestate virtuteque discedere sæpe cogũt, nihil. n magis
perducit ad immoderatũ augmentum per qđ medium
virtutis corrũpitur q̃ delectatio, tum qa nã delectatio-
nis auida est & delectatione leui sumpta in turpiũ dele-
ctationũ illecebras pcipitatur, sicut ligna sicca paruo ac-
cenduntur igne, tũ etiam quia delectatio nõ faciat appe
titũ sed gustata sitim sui magis inducit, vnde ad virtutis
officiũ pertinet hoies a delectationibus superfluis absti
nere, eo. n. pacto facilius ad medium virtutis peruenitur
mollescunt etiã animo delitijs dediti & ad ardua attẽtan
da, tolerãdosque labores, & cõtẽnenda pericula timidi
redduntur, Demũ delitijs immersi pigrescũt & negocijs
studijsque necessarijs intermissis curã delitijs solum adhi
bent ad paupertatẽque reducti dũ consuetis voluptati-
bus indulgere nequeunt, furtis rapinisque se exponunt
quo voluptates suas explere valeant.

De amenitate ciuitatis & locorum.

Est igitur ciuitati damnosum vel ex loci dispositione
vel ex qbusque alijs rebus deliciarũ superfluitate abun-
dare opportunũ est ergo in cõuersatione humana quasi
condimenti loco parũ delectationis habere vt animus
hominũ recreetur. Præterea si id quod ad finẽ est, quæ-
ritur vt finis naturæ ordo tollit & destruitur vt si faber
malleũ propter seipsum quærit, aut carpentarius serrã
uel medicinã medicus quę ad debitos ipsorũ ordinãtur
fines. In ciuitate autẽ sibi regiminis cõmissi finis quẽ Rex
uel princeps intendere debet, est secundũ uirtutem uiue
re. Cæteris uero quilibet uti debet sicut his quæ sunt ad
finem attingendum, sed hoc ideo contingit in his qui
delectationibus superflue imittũtur, quũ huiuscemodi
uoluptates ad iam dictum finem minime ordinentur
imo vt finis quæri videntur.

Agendum nunc est de quibusdam quæ ad principẽ 66
in relatione ad subditos pertinent vnde regimen placi-
de gubernet, & licet in superioribus aliqualiter in ge-

Non est de somno in

pſecie tangere quæ in genere dicta ſunt.

nere tactū ſit, in ſpecie tractandū eſt ad maiorē declara-
tionē eorum, quæ per principē agenda ſunt, * Primum
quidē vt ſingulis regiminis partibus naturalibus abun-
67 det diuitijs, quas ſic Ariſ. vocat vel q̄a naturalia ſunt ſeu
q̄a hō ipſis naturaliter indiget, vt ſunt cāpi vineæ oliue-
ta paſcua ſyluæ ceduo, nemora viuaria. diuerſorū aialiū
& auiū armētaq; & greges, Hinc Salomon oſtendens
ſui regiminis magnificentiā edificaui inqt mihi domos,
dominarum vt in Epistolis scribit Hieronymus ex ancil
larum & comitū moribus iudicantur. Cyrus bonus pru
densq; princeps, etiam bonis et probate fidei viris semp
124 *Exēplū not. ad cognoscendū ōls Cyri amicos & familiares bonos in illosque fuisse.* vsus est. ideo cum equum oculis cariotē * apud bonū vi
rū se locaturum & per gratiam positurū Sacha dixisset,
respondit Cyrus ostendere tibi volo, hic ē si clausis ocu
lis iacias fore ut non aberres a bono viro. Rogo inquit
Sacha ostende ut hac sublata gleba, illum feriam, demō-
strassetque ei Cyrus vbi suorū amicorū erant plurimi. Hic
clausis oculis imisit glebam, & equo transeuntem serau-
lam assequitur. Cui equū dedit. Haud quāq; errans quū
nō solū virū bonū verum ēt optimū inuenerit. Aliorū igi
tur bonis exēplis temet rege, reprimeque * pulchrum est
125 *Ex erratis aliorū uitā nostrā in melius instituere pulchrū est & utile.* ornatissime princeps (ut vere Diodorus inquit) & aliorū
erratis in melius vitā nostrā instituere. Et qd appetendū
fugiendumue sit ex aliorū exēplis posse cognoscere. Bea
tus est ille vt Cicero Platoque prædicant. cui ēt in senectu
te contingit. vt sapientiam assequi possit. Sed vt ad eū fi-
nē peruenire valeamus, iacienda sunt fundamēta ab ado-
lescentia quibus bene iactis tanquā in domo firmiter edi
ficata ut corruamus uerendum non est. Optima aūt fun-
126 *Fundamenta adolescentiæ ad sapiētiā assequendā.* damenta sunt * adolescentis ad sapientiam assequendam.
Si quum sapiens ea etate esse pp imbecillitatē non possit,
quod certe pōt eorum qui sapientes sunt cōsuetudine de
lectetur quo de genere est illud eiusdem Ciceronis quum
ait ita se a patre deductū ad Sceuolam sumpta virili toga
vt quo ad posset et liceret a senis latere nūquā discederet.
Assuescat igitur primū sapientes colere, inde illorū dictis
aures libenter adhibere, tertio ut eorū quā maxime simi-
lem se esse studeat, quorū non mō facta sed ēt dicta imita
ri cōtendat, Ex quibus principiis vsus deinde progressio
nibus ad quam contendit sapientiam victor cōsequatur
velut hi qui tingunt quum primo quibusdam modis id
quod colorē recepturum sit præparant, tandem postea
florem super inducunt, siue purpureū, siue quēuis aliū.
Eodem nos itidem mō ut indilebilis sit apud nos probita-
tis scientia quum his moribus & disciplinis, imbuti fueri-
mus, altioribus et occultis operam dabimus, et quasi So
lē i aqua prius videre, assuefacti ad ipsam lucē dirigemus
intuitū. Delegit sapientissimus genitor tuus princeps in
dite viros tum primarios, tū in omni genere laudis pro-
batissimos hoīes quorū consiliis et admonitionibus for-
mare & his tanquam adminiculis quibusdam innitaris,
ut solēt nouelle arbores. hi tibi de rebus grauibus disserē
tes audiendi sunt, omnino enim liberalis ingenii. primū
argumentum est studio laudis excitari, incēdique amore
gloriæ, Inde oritur generosa quædā inuidia & sine odio
de laude probitateque contentio. proximum vero pare
re maioribus nec esse bene monentibus contumaces, nā
vt equi meliores ad pugnā hñt, qui faciles sunt manu re
gi & ad tubarū clangorem arrectis auribus exultant, ita
qui senum bene audiunt monitiones & laudati excitan-
tur ad bonum uberis spem fructus præ se ferre uiden-
tur. Hinc Hesiodus optimum illum esse ait, qui per se ip-
sum quæ agenda sunt, conspicatur, sequenti autem gra-
du qui aliorum consilia sequitur in secundo ergo ordine
laudatorum illum ponit qui saltem bene monentibus pa
ret, qui vero ad neutrum prædictorum aptus est, eum
penitus esse inutilem uoluit.

Et quia hominis est errare * magne autem sapientiæ te 127 *Sapientis ē reuocare male positum*
ste Augustino reuocare quod quis male locut⁹ est, poste-
riores enim cogitationes dicit Cicero sapientiores esse so
lent si quid forte incautus vel minus solerter te fecisse con
tigerit, illud mutare laudabile memineris ēē. Redi in viā
rectam optimus est portus penitenti mutatio consilii, In
cauta diffinitio laudabiliter soluenda est, & sub colore ali
quo temperanda res Philippus Macedoniæ Rex. Mache
te cuiusdam causam iudicans quoniam esset somnolētus
minus accurate quod iuris foret, attendebat, proinde ad
uersus eum sententiam tulit * illo autem se prouocare di- 128 *A principe male informato ad eundem melius īformandū appellare licet.*
cente, iratus Philippus ad quem inquit. Machetas ad te
ipsum Rex subditi si vigilans quidem attendensque au-
dieris. Surrexit tunc Philippus vbi uero magis ad se re-
disset, nosceretque iniuria Machetam affectum iudicium
quidem non rescidit at estimationem litis ipse persoluit,
Denique incōmutabilis Deus vt scriptura frequenter sen
tentiam mutat quum homo s. voluntatem mutat.

Non obliuiscar eminentissime princeps eruditos & li- 129 *De commendatiōe eruditorū virorū*
teris exornatos uiros cōmendare, quid enim melius age-
re boni principes possunt quā subleuare doctos, fouere
eruditos, quorū scriptis īmortales efficiantur olim Augu
stus fouit virgilium, charus Archias Mario atque Lucul
lis Horatium Mecenas enutriuit, Tibullum Mesalla dile
xit, & alii alios ut Plinius scribit, Alexander ille magnus
quum in Asiam proficisceretur, Aristotelem & Caliste
nem rerum suarum scriptores secum adduxit et Raman.
Imperatores alii Ennium Poetā, alii Archiā, alii alios qui
suas victorias illustrarent in prouincias traxerunt, Quis
nosceret Cesares nisi Suetonius extitisset, Quis Scipiones.
Quis Gneum pompeium tot triumphis fulgentē hac tē-
pestate cognosceret, nisi Cicero Liuiusque eorum cōmē
datores, laudatoresque fuissent, Denique Romanos Græ
cos exteros oēs nōne tenebre occupassent, & situs obdu-
xisset nisi illos luculenti scriptores in literas retulissent, Re
cte igitur facies nobilissime Prīceps, si literatos amaueris
si eruditis suffrageris, qui de te scribentes præclara facino
ra, quæ ut speramus edes celebrent, & priscis tuæ indite
domus annalibus adiungant, Ardeo cupiditate incredi-
bili, neq;, ut ego arbitro reprehendenda nomen vt no-
strū scriptis illustretur tuis. ad Lucceium in epistolis inge
Cicero, nec enim. minus est Spartiales Agesilaus, ille per-
hibēdus, qui neque pictam neque fictā imaginem suam
passus est esse, quam qui in eo genere laborauerunt,
vnus enim xenophontis libellus in eo rege laudando fa-
cile omnes imagines hominum statuasque superauit, si
Cicero ille arpinas & quemadmodum ipse fatetur nou⁹
homo tali ardebat cupiditate. quid facere debes tu prin- 130 *Princeps a frōte et a tergo oculatus esse debet.*
ceps indite, Cura igitur ut facias laudanda quo scripto-
res possint vere tuum illustrare & celebrare nomen ac
propriam principis laudem in te ostendere q uidelicet *
a tergo & a fronte oculatus sis, plurimum sapiens præ-
terita respiciens, & iuxta Homeri sententiam futura
prospiciens.

131 *De legibus & decretis condendis emendandisue.* Circa leges statutarias decretaque condenda in quibus beatitas quisque consistit status, præcipua cura Principis esse debet*. verum quia Illustrissimi patris & maiorum tuorum prouidentia satis nobis super hoc cautum videtur, tantum superest vt decreta ipsa custodiantur et obseruentur. Et quum natura nouas semper deproperet edere formas, adde detraheque prout necessarium expediensue apparuerit esse.

132 *De mercatoribus ab iniuria defendendis.* Mercatores, & eorum bona, ab omni iniuria defendi debent, hec est.n.causa vt ad Alexã. scribit Aristoteles, cur populosa sit india nam illuc libenter vndique concurrunt Mercatores, vbi bene recipiuntur, lucranturque diuites pauperesque Ciues & forenses, multiplicantur Ciuitates, redditus et tributa Principum augentur, honorque & gloria Principibus accrescit.

133 *De viis ad securitatem et pulchritudinem.* Et per ditionem tuam * vias securas & ad transeundũ aptas siue pro aduenis & peregrinis siue pro indigenis et subditis, tuis teneri facias. hoc est.n.ad bonũ regimen principis necessarium. Sunt nãque vie omnibus cõmunes iure quodã, naturæ & gentium, propter quod occupari præscribique prohibentur & a iure principibus vectigalia p̃missa. Est &̃ viarum securitas vt diximus in regimine principum eis fructuosa quia illuc magis confluunt, mercatores, vnde prouincia diuitiis magis abundat, et diutius augetur cultus, Qua rõne Respublica Romanorum aucta fuit propter pulchritudinem et securitatem viarũ. Ex his

134 *Etymologia Sabaudie.* Sabaudia sui vocabuli Etymologiam retinebit, quã inter subditos et exteros operis plenitudine saluam viam esse dicunt & si quidã deprauato vocabulo a Sabatiis mõtibus Sabaudienses pro Sabatenses dixerint, venientes ãc ad habitandũ in territorio tuæ Excellentiæ. benigne gratioseque recipias tractarique facias illud sine vlla dubitatione maxime. nostrũ fundauit Imperium et populi Romani nomẽ auxit, in epistolis suis scribit Cice. q̃ Princeps ille creator huius vrbis Romulus fœdere Sabino docuit

135 *De cõicatiõe ciuitatis facilime dãda et concedenda.* &̃ hostibus recipiendis augeri ciuitatem hanc oportere.* Cuius exẽplo et auctoritate, nũquã est intermissa a maioribus nostris largitio, & cõicatio ciuitatis itaque ex latio multi ait & Tusculani & ex cæteris generibus gentes vniuersæ in ciuitatem receptæ sunt.

Sciendum insuper est, Principem in eius Curia domoque maiorem hominibus honorem q̃ alibi impendere

136 *Iniurias in presentia vel domo principis factas seuerius esse puniẽdas.* debere, * Interest.n.sua teste Aristotele iniuriam forte illatam ait factam secundum qualitatem sue personæ punire ut terreantur alii & discant, ab iniuriis in præsentia principis abstinere, facta enim præterita de futuris certa dant documenta.

Prætermittã ne generose Prĩceps, tibi cõmemorare salubre Aristotelis ad Alexandrum consilium* dum mu-

137 *De coitu et de breui mulierum cõtactu ac de laudibus pudicitiæ.* lierum coitum detestatur. Est.n.inquit coitus irrationaliũ animalium & brutorum proprium vitium, cui si te applices, quæ gloria tibi erit, Coitus inquit ipse Philosophus mihi crede, destructio est corporis & abbreuiatio vitæ, Corruptio virtutum, Legis transgressio, femineos mores generans. De futuris, & accidentibus casibus &̃ ait cogita, nescis.n.quid futura dies paritura sit, Abhorruitque postmodũ semper Alex.a mulieribus delitiis ac voluptatibus, vnde quũ Darii filias captiuas haberet mirũ in modũ ut ab oĩb' p̃dicabar formosas ne videret qdẽ voluit. turpe eẽ rat' eos, q̃ viros vicissẽt a mulierib' superari.

Et Annibal secundi belli punici tempore in Hyberna Capuam quæ prona semper in luxuriam ciuitas fuit, cõcessit ibi partem maiorem hiemis exercitum in tectis habuit, aduersus oĩa humana mala sepe ac diu duratum bonis in expertum atque insuetum. itaque quos nulla mali vicerat uis perdidere nimia bona & voluptates imodice. Somnus.n.& vinum & epule & scorta et ocium consuetudinẽ indies blandius, ita eneruauerunt corpora aĩosque ut magis deinde præteritæ victoriæ, eos q̃ p̃sentes tutarentur vires & quẽadmodũ Liuius ait, maius id peccatũ ducis apud peritos artiũ militariũ fuit habitũ quã q̃ nõ ex Cannẽsi acie protinus ad vrbẽ Romã accessisset. Illa.n. cunctatio distulisse mõ victoriã videri potuit hic error vires ademisse ad vincendũ. Memineris igitur te. virilẽ et gloriosum brutorũque uitia vitare, ac inter incentiua instrumentaque luxuriantis fortunæ castũ & frugi principẽ agas. Et q̃ te pluribus titulis ac bonis ornauit nã impẽsius enitendũ est ut sorti lucrum respondeat, quartum &̃ vicesimum annũ agens quũ in Hispania Carthagine oppressa, maioris Carthaginis capiende auspicia sumpsisset Scipio multosque obsides, quos in ea vrbe Peni clausos habuerant in suã potestatẽ redegissent, eximie inter eos forme virginẽ etatis adulte & iuuenis et celebs. & victor postque cõperit Illustri loco inter Celtiberos natã, Nobilissimoque gẽtis eius indibili desponsatã accersitis parentibus sponso inuiolatã tradidit, & aurũ quoque qd' p̃ redẽptione puelle allatũ erat, quapropter indibilis et Celtiberorũ aĩos, mirum in modũ Romanis applicãdo deuicit.

138 *Aĩo & corpori dandam esse quietẽ.* Verum quia in opere non semper versandum est & sed oportet interdũ aĩum seriis rebus fatigatum honeste relaxare, & prorsus nihil agere oĩnoque opere vacare vt sufficere demum operi laborique possimus, nã qui semper intentissimus est neruus nisi remittatur aliquando rumpi solet tam etsi nullum est tempus laboriosius sapienti quã quo nihil agit, si mõ potest sapiens nihil agere. iocis honestisque ludis qui multi sunt vti licebit. potissimũ tñ præceptũ in hac re est, nequis turpis ludus aut noxius suscipiatur, sed quãtum aut acuat industriã aut corporis exerceat uires aut animi curas honeste leuet, Alee vero lusus quo studio delectari solent qui sunt in hoc vnum diligẽtes ut oẽm substantiam negligant, aut certe ut vniuersum vite tẽpus amittant, aut cupiditatem habet minime liberalem aut indecentẽ viro mollitiem nisi recreandarum virium causa interdum ineatur.

139 *De musica et pertinentibus esse ea p̃ [illegible] dici ac reprobandum esse.* Licebit etiam quum seriis rebus sati feceris * musica delectari cuius dulcedine cuncta viuentia capiuntur, sensus requiescunt, sollicitudo & curiositas euanescunt, totũ corpus vigoratur. Et fuit quædã priscis Heroibus hoc celebre ut Achillem Homerus inducit a pugna redeũtem in hac re solitum acquiescere non quidẽ amatorias cantilenas sed fortium virorum laudes modulantem.

Officia lucis noctisque ne peruertas lucifugarũ more. Cauendum est, vidimus.n quosdã magna ornatos dignitate non ante deducere oculos hesterna graues crapula quã apparere nox ceperit, qualis illorum conditio dẽ. quos nã ut ait Virgilius sedibus nostris subditos econtrario posuit, hoc turpe & inhonestum est maxime in principe quẽ vigilantem esse decet, facilesque aditus ut in superioribus ostendimus ad se cunctis præstare oĩa uitia contra naturã pugnant, luxuriæque propositũ est gaudere peruersis, & a recte discedere cursu. tenẽda igitur est uia quã nobis nã præscripsit nec ab illa declinandũ contra quã nitentibus nõ alia ut inqt Sene. via ẽ q̃ ptra a q̃ remigãtib'.

140 *Auctoritas principis a deo est translata regnum de gente in gentem est transferre differentia pariter a deo ẽ nec sine dei arbitrio constitutum populo principem.* Principis auctoritas a Deo est instituta, gubernatio populi illi traditur. quẽ Deus elegit * hominem s.qui sicut scriptum est Dei spiritum in semetipso habet & p̃cepta eius in conspectu suo. quod si concessa abutatur potestate, aufertur ab eo gubernatio & datur genti facienti Iustitiam, quẽadmodum.n.in superioribus ostendimus. principes dei ministri sunt in terris & tãquã agricole ad custodiendũ vineã domini constituti qui si male eam colant cõcessa p̃tate abutantur, principatu merito priuari possunt, similes.n.sunt illis agricolis qui dominum extra vineam sibi locatam eiecerunt, pp quod sicut scribitur Mathei vigesimo.i.cap. iuste ab eis aufertur principatus a domino & datur genti facienti fructus eius. Nõne Balthasar Babilonie Rex quia deo ĩgratus vasis tẽpli domini in quodã conuiuio abusus est, ut ex sñia Danielis apparet occisus fuit, regnũque illius destructũ abolitũque quia propter peccata sua dignus erat morte & priuatione regalis dñii

Est

Est igitur iustissimum quod in sacris scribitur literis regnum de gente in gentem transferri, propter Iustitiæ inobseruantiam ac diuersos dolos peccauit Hely sacerdos, & sacerdotio priuata est illius posteritas cui tamen dominus eternum sacerdotiũ promiserat, sic etiam Deus Abrahe & semini suo terram sanctam in eternum possidẽdam promiserat, sed frequenter propter peccata sua illam perdiderunt, dicte.n.promissiones conditionẽ recipiunt nisi propter peccata & iniquitates priuationis pena infligat.

Non semper tamen princeps populi arbitrio Dei constituitur, sed prout merita nostra deposcunt, si mali sunt actus nostri & maligna in conspectu Dei operamur, dantur nobis principes secundum cor nostrum. Et hoc ex sacrosanctis scripturis Hieronymus probat, Audi inquit quid dominus dicat, fecerunt sibi regem & non per me Principem & non per consilium meum, quod de Saule illo dictum videtur, quem vtiq; ipse dominus elegerat, & regem sibi fieri iusserat, sed quoniam non secundum Dei voluntatem sed secundũ peccatoris populi meritum electus fuerat, negat eum sua voluntate aut consilio constitutum. hinc dominus ira percitus dabo inquit tibi regem in furore meo. Et iterum hypocritam regnare faciam propter peccata populi.

141 *De venatione principis.*

Visum est etiam ab instituto alienum non esse principum Illustrissime de venatione, quã artem iniquissimam nonnulli appellarunt aliquid tibi scribere Cyrus supra se pe relatus venationi operam dabat, ob hanc rem maxime, qđ verissima videtur rerum bellicarum meditatio. assuefacit enim diluculo assurgere frigoraq; & calores tolerare itineribus ac cursibus exerceri feras insequi iaculis ꝑ ferire. quare haud facile in venatione eorũ quicq; abesse reperiri dicebat quæ inter bellandũ accidunt, hanc etiam valde extollit in libello de venatione Xenophon.

Est autem venatio secũdum aliquos vsus naturalis dominij homini super animalia præstiti dicente altissimo sit terror vester atq; tremor super animalia terræ, & super omnes volucres cœli cũ vniuersis quæ super terram mouentur, secundum vero Aristotelem in polyticis iustum quoddam bellum est, quo homo rationalis bestias sibi rebelles deuincit, ad vsumq; suum conuertit. Diciq; põe venatio quasi veneris actio, quandoquidem tali studio deditі magnam vt dixi voluptatem capiãt, venatio itaq; secundum se non redolet nec sapit peccatum & si per accidens iuxta Theologorum dogmata multipliciter peccatum esse possit, & inter iniquissimas tunc connumerari. Non damnabo igitur in Principe moderatas venationis exercitationes spontaneosq; labores, vt inde inuitos sufferre possit, rebusq; grauioribus ac necessariis vacare, nã si princeps dignitatis officiiq; sui immemor belluis se totum tradat, assiduis venationibus se accommodet atque in syluis inter Canes & feras viam degat, abiecta pauperum cura neglectisque Reipublice negotiis grauiter peccat officio suo, minime fungens e Principe venator et nemorum cultor factus et ab Esau tunc eum non seiungam qui vt sacra testatur scriptura venator erat quia peccator erat, Temperate igitur laxando animum curis publicisque fatigatum vt eisdem prouidereque possis venationi te accommodabis.

142 *De vestitu & ornatu Principis.*

Illud vero de corporis cultu non postremum attingamus, * vt sit decens, neq; nimium exquisitus, neq; prorsus neglectus sed cum rei loco temporiq;, tum maxime persone conueniat. neque enim sedere in literatoria schola decoratum aut subducta veste conuenit aut in certamine armorum, fluxa toga manuleatum vel prodere nec principis filium eque cum plebeio vili sordidaque vel tunica, aut trita chlamyde se prębere spectandum vel sericatum auratum & gemmatum in publicum procedere. Quis.n. magnum putauerit Principem auro vel gemmis ornatũ. Cui tantum esse q̃tum vult oẽs sciunt animo.n.magis q̃ corpore ornato ac bene cõposito Principem esse decet, ĩõ Cyrus cuius in superioribus sepissime mẽtio habita est tunc se ornatum arbitrabat, quũ suos bene ornatos videret, Equidem nimia cultus venustatisq; cura muliebrem animum designat, & multe vanitatis argumentum est. Modus igitur vt in cæteris rebus adhibendus est. hinc in officiis inquit Cicero. Eadem ratio est habenda vestitus in quo sicut in plerisq; rebus mediocritas optima est.

143 *An Princeps frequenter suis ostẽdere se debeat.*

Ex Principibus quidam sunt qui Persice superbire moribus adherẽtes q̃ rarissime videri curent, * hinc ad Alexandrum Aristoteles decet ait regẽ abstinere a frequenti subditorum consortio maximeq; vilium personarũ propter qđ pulchram arbitratur cõsuetudinem Indorum in dispositione regni & ordinatione regis qui statuerunt ꝙ rex semel tm̃ in anno coram omnibus appareret, regali apparatu & armato exercitu super equo insigni sedẽs armorum pulchritudine decoratus. Sed Agesilaus Rex laudatissimus, a suis spectari gaudebat, & letabat degẽri turpiter tenebras cõuenire existimãs. Sed honeste vite plus ornamenti lucem afferre, nũc apud hos modo apud illos Principem agere debere. Alcibiades Cyrus Alexander et alij boni Principes actionibus suis docuere. nihil.n.eque multitudinis animũ alienat a Principe q̃ si foris agere studeat, ꝙ negligi videat ab eo cui pręcipue cure esse veliet. Frequẽs igitur suarũ vrbium & regionum lustrato principem decet, Sed hoc animo fieri debet vt oĩa reddat meliora non vt questum faciat, Crebra locorũ mutatio vtilis erit maxime si & temporis & loci habeatur rõ Cyrus hiemali tempore Babilone septem degebat menses quia regio clemens est. Per veris aũt tempus, tres menses Susis in estatis aũt vehementia menses duos Ecbatanis agebat, Cui vbicũq; esset adeo afficiebantur homines, vt omnis gens quemadmodũ in eius pedia scribit Xenophon deterius existimaret nisi ad Cyrum misisset, q. pulchrum eis in regione vel oriretur vel nutriretur vel arte excogitaretur, Et Tyberius Cæsar (vt Suetonius refert) ab vrbe Roma quandoq; secedere statuit seque e medio q̃ longissime amouere, vt vitato assiduitatis fastidio, auctoritatem absentia tueretur, atq; etiam augeret si qñ indiguisset sui Respub. plures sunt igitur rationes & causæ quæ locorũ mutationem in principe vtilem esse comprobant.

144 *Artis est quandoque secedere a Curia.*

Satagas situm institura & consuetudines locorũ tuorũ cognoscere & nomina subditorum tenere * si.n qui in sordidis artibus versatur singuli artis sue instrumentorũ, nomina tenent absonum videtur eorum nomina principem ignorare quorum curam habere debet, quibusque ei opus est ꝑ instrumentis vti & dum præuenire dum cauere dum audiẽtiam iniicere dum terrere dum honorare aliquem interdum velit capiatue decore, est quemq̃ suo noĩe appellare eos etiam qui a principe cognosci viderẽtur opinabantur Cyrus apud Xenophontem magis desiderare vt honeste quicq̃ aspicereĩ facere ac magis item expetere vt a turpi abstinere actione viderenĩ, hinc Cæsar vt de bello Gallico scribẽs, ipse tradit singulis legionibus legatos, & quæstorem præfecit, vt eos testes sue quisque virtutis haberet, Et rursus aduentu Cæsaris spe illata militibus ac redintegrato animo, quum per se quisque in conspectu Imperatoris etiam in extremis suis rebus operam nauare cuperet, sane igitur Martialis scripsit.

145 *Principi necessariã esse personarum locorũque, suorum cognitionem.*

Principis est virtus maxima nosce sitos.

146 *A sacris & diuino cultui dicatis rebus abstinẽdũ est.*

A sacris * & diuino cultui dicatis præcipue manum abstineas, Fanum erat apud Locrenses Proserpine temporibus Pirri qui quũ ex Sicilia rediens locros classe prætereueheretur inter alia feda quæ edidit, Thesauros quoq; proserpine intactos ad eam diem spoliauit, atque ita pecunia in naues imposita ipse terra est profectus, Quid euenit * Classis postero die ingenti tempestate lacerata, omnesque naues quæ sacram pecuniam habebant, in littora eiecte sunt, qua tanta clade edoctus superbissimus Rex Deos esse tandem agnouit, pecuniamque omnem conquisitam, in Thesauros Proserpine referri, iussit, nec tamẽ

147 *Neglectam religionẽ vlciscitur semper Deus.*

illi vnquam prospere quicq̃ euenit, pulsusq; Italia ignobili atq; inhonesta morte temere (vt Liuius inquit) ingressus argos occubuit, creditum est etiam Varronem Consulem apud Cannas, cum Carthaginensibus ob iram Iunonis infeliciter pugnasse q̃ quum ludos Circenses edilis faceret in Iouis templo Histrionem ac vilem personā ad excubias tenēdas posuisset. Nomen quoq; potitium Rome in duodecim familias diuisum ob neglectā Herculis religionem prope interisse ferūt, Quintus autem Fuluius Flaccus non impune tulit qđ in censura tegulas marmoreas ex Iunonis lacinie tēplo in edem, Fortune militaris, q̃ Rome faciebat, transtulit lane mentis inde fuisse negatur quin etiam per summā animi egritudinem expirauit, quū ex duobus filiis in Illyrico militantibus alterū decessisse alterum audisset affectum. Cuius casu motus Senatus tegulas locros reportandas curauit decretiq; circūspectissima sanctitate impium opus Censoris retexit, ac destruxit, Acer etiam sui nominis vindex Apollo, qui Carthagine a Romanis oppressa veste aurea nudatus id egit, vt sacrilege manus fragmēta eius abscisse & in veste inuolute inuenirētur, quinetiam mirabile dictu in Historia Elij veri Imperatoris scribit Iulius Capitolinus in Babilonia tēporibus suis de tēplo Apollinis & arcula aurea q̃ miles prede cupidus forte inciderat, ꝑ spiritū pestilentem illico exiisse, Parthosq; & totum deinde orbem complesse.

148 De spiritu ob contemptam religioné Dei ira in hunc mundū pestem ferēte

Et Balthasar Babiloniæ Rex quia Deo ingratus vasis templi in quodā conuiuio abusus est, vt ex Ʒnia Danielis apparet occisus fuit, & regnum eius destructū, nam propter iniquitates & scelera priuatione Imperij ac morte dignus erat, sic Deus iratus egit, tarditatemq; supplicij vt ille ait grauitate plerūq; compensat, & super quē ceciderit lapis iste conteret eum. Idō Cæsar de bello Gallico scribēs Legatis Heluetiorum semel respōdisse ait, Qđ sua victoria tam insolenter gloriarentur quodq; se tandiu impune tulisse iniurias admirarentur, eo pertinere consueuisse.n. deos immortales quo grauius homines ex cōmutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum vlcisci velint, his secundiores interdum res & diuturniorem impunitatem concedere Infinita sunt. huiusce rei exēpla sed silentio inuoluēda. In summis tamen rerum periculis pro defensione patriæ aduertendisq; et propulsandis a subditis iniuriis Ezechiæ regis exēplo etiā ad thesauros ecclesiæ manum apponere s̃m Theologos licebit. Aurum.n. habet Ecclesia non vt seruet sed vt erroget in extremo rerum discrimine. Et vbi res aliter seruari non potest.

149 De legatis et quomodo cū illis agendum et qui videnda eorū sunt que diplicitur infra ... [illegible]

Magna cura & præcipuoq; studio tibi referendū esse, existimaui atq; hoc in loco dixisse aptissimum fuerit, Illustrissime Princeps quantopere curauerint prisci illi Romani quos velut alteram lucem Plinio teste dij nobis dedisse videntur, aliiq; sapiētes principes missos ad se legatos qui sancti inuiolabilesq; non solū secundum ius ciuile, verum etiam gentium habentur summa cum humanitate suscipere ingenti liberalitate ꝓsequi, mira fide dimittere eisq; caute & prudenter respondere, Quantaq; cura & diligentia in electione ac expeditione legatorum vsi fuerint, quæstorum cura erat reges legato sue Romam veniētes pro dignitate populi Romani excipere, obuiā ꝓficisci & præcipue legatos in ede Saturni inscriptos donis prosequi egrotos curare et si qñ vita fungerent sumptu publico sepelire quemadmodum Valerius Plutarchusq; scribunt, hinc in singulos Masinisse regis legatos dona collata fuere nec in legatos tantum verumetiam in comites.

Et quum Prusiam Bithynie Regem Perse deuicto ad gratulandū sibi venire Senatus audisset, obuiā illi P. Cornelium Scipionem quæstorem Capuani misit. Censuitq; vt ei domus Rome q̃ optima conduceret. Et copie non solum sibi sed etiam comitibus eius publice præberent. In eoq; excipiendo tota vrbs vnius humani amici vultū habuit. Nec egyptus quidem Romanæ expers fuit benignitatis. Rex.n. Ptolomeus a minori fratre regno spoliatus petendi auxilij gratia cū paucis admodū seruis squalore obsitus Romam venerat, ac se in hospiciū Alexādrini pictoris cōtulerat, Idq; postq; Senatui Romano relatum est accersito iuuene accurata oratione vsus est, q̃ nec quæstorem illi more maiorū obuiā misisset, nec publico hospicio eū excepisset eaq; nō sua negligētia sed ipsius subito ac repētino aduentu facta dixit. Et illū e curia subito ad publicos penates deduxit, hortatusq; est vt depositis sordibus adeundi ipsius diē peteret, quinetiā cure habuit vt munera ei per questorem quottidie darent his gradibus officiorum iacentem ad regium fastigium euexit, fecitq; vt plus spei in auxilio populi Roma q̃ metus in sua fortuna reponeret, Pirrus quoq; epyrotarum Rex Romanorum legatis ad redimēdos captiuos castra sua petētibus quo honorarius exciperet, ipse cū ornatu equitū extra portam occurrit. Id q̃ etiā genitorem tuū sepe fecisse Princeps inclite vidimus Summi Pontificis legatis de latere (vt aiunt) aduenientibus ac Cesareis locumtenētibus quibus exēplis quæ ad vitam nostrā instruēdam, regula sunt optimū factu credere cogor ire obuiam aduenientibus legatis aut alios mittere ꝓ qualitate conditioneq; personarum & mittentium, ac ꝓ facultate hospicium & alia parere, Audiui etiā, & memini magnā quandam Rempublicam quum temporum culpa et calamitate modum non haberet, esque alienum conflandū fuisset, si munera legato dari debuissent, q̃ iniquum & stultum fuisset illi ꝑ sapientes persuasum parandum, duntaxat hospicium publice adeundumque magistratu legatum vbi aduenisset comitatu proceribus vrbis illique nūciata pace & salute, inopie Reipublice difficultatem aperiendam promptos Reipubl animos ad ei munera danda significandos verū egestate pressos, tunc votum exequi non valere idque omnibus summo dolori accedere, sed alias Deo fauente emendare licere veniamque ab illius humanitate exorari offerrique patriam, pro viribus ad vota paratam. id qđ ab omnibus laudatum factumque fuit.

Speciosa quoque est illa Romanorum fides ingenti penorum classe circa Ciciliā deducta, duces eius fractis animis consilia petende pacis agitabatur, quorū Dux Amilcar ire sed ad consules negabat audere, ne eodem modo cathene sibi iniicerentur quo ab ipsis Cornelio Assyrie consuli fuerant iniecte. Hano autem certior Romani animi estimator, nihil tale timendum ratus maxima cum fiducia ad colloquium eorum tetendit. apud quos quum de belli fine ageret, & Tribunus militum ei dixisset posse illi merito euenire qđ Cornelio accidisset vterque Consul Tribuno tacere iusso, Isto te inquit metu hano fides ciuitatis nostre liberat, Aduersus eosdem hostes parem fidem in iure legationis tuendo P. C. exhibuere. M. n. Emilio Lepido L. Flaminio Consulibus L. Minutium L. Maniliū Carthaginensium legatis quia manus in eos intulerant ꝑ feciales reddendos curauerūt. Et tunc Senatus se non eos quibus hoc præstabat vt inquit Valerius Maxi. aspexit huice exemplis superior Affricanus quū honestam multis & illustribus Carthaginensium viris nauem in suam potestatem redegisset, inuiolatā dimisit quia se legatos ad eū missos dicebant, tam & si manifestū erat illos vitādi præsentis periculi gratia falsum legationis nomē amplecti, & Romani Imperatoris potius decepta fides q̃ frustra implorata iudicaret, vrbium igit & principum aliorūq; locorum legatis Excel. tuam adeuntibus mansuetū te benignum & facilem præbeas, Mandata referētes eo vultu audias vt fiduciā eis ad dicendū des, quū vero dimitteret ita eos dimittes, vt qui honesta & iusta petierint facile abs te impetrari posse intelligāt, nec his cōtētus honoribus quoque & donis quæ grata illis esse cognoueris honestabis atque afficies. Quæ vero aut minus honesta, aut nō satis æqua petierint ea nō semper nec palā nec tristiore vultu aut grauioribus vbis denegāda sunt, sed poti⁹ ostēdēdū est nō idō te nō cōcedere q̃ nolis sed q̃ illis inutilia iudices

quodque

quodque ea rõne ipsorũ rebus melius consulatur. nulla sit in audiendo illos difficultas nulla in respõdendo mora, adeant statim dimittantur statim exẽplo Traiani Imperatoris, quod tñ nõ est semper obseruandum. Nã vt Iul. Cesar in cõmentarijs suis scribit, Quũ heluetij legatos ad eũ misissent qui dicerẽt sibi esse in animo sine vllo maleficio iter p ꝓuinciã facere, ꝓpterea quod iter haberent nullũ aliud. rogare vt eius voluntate id facere liceret ꝙ memoria teneret Luciũ Cassiũ consulẽ occisum exercitũq; eius ab heluetijs pulsum & sub iugũ missum cõcedendũ non putabat, neq; hoĩes inimico aĩo data facultate per prouinciã itineris faciundi temperaturos ab iniuria & maleficio existimabat tñ ut spaciũ intercedere posset, dũ milites quibus imperauerat conuenirent legatis respondit diem se ad deliberandũ sumpturum si qd vellent ad diem præfixam reuerterentur. Interea milites conuocat. præsidia disponit Castella cõmunit, cæteraq; opportuna præparat, quo facilius si se inuito transire conarenẽ prohibere posset. vbi ea dies. quã constituerat cũ legatis venit. & legati ad eũ redijssent negauit se more & exẽplo populi romani posse iter per ꝓuinciã vlli dare, & si vim facere conarentur prohibiturũ se ostendit, & quũ Athenienses aucti & præmijs bellorũ & gloria vrbẽ ex integro condere molirentur maioraque menia cõplexi fuissent, suspecti esse Lacedemonijs cœpere recte reputantibus ruinã, vrbis tantũ incrementi dedisse, quantũ sit datura munita ciuitas. Mittunt ergo legatos q monerent, ne munimenta hostibus & receptacula futuri rursus belli extruant, Themistocles spei vrbis vt vidit inuideri nõ existimans abrupte agendũ respondit legatis ituros Lacedemona qui de ea re pariter cũ illis consulant, Sic dimissis spartanis hortatur suos, vt opus maturent. Deinde ipse interiecto tẽpore in legationem proficiscitur, & nunc in itinere simulata infirmitate, nũc tarditatẽ collegarũ accusans. sine qbus agi nihil iure possit, diẽ de die, ꝓferendo spaciũ cõsumando operi quęrebat quum interim nunciatur Sparthanis opus Atheniensiũ maturari ꝓpter quod denuo legatos mittunt, ad inspiciendam rem tũ Themistocles per seruũ magistratibus scribit Atheniensiũ legatos, vinciant pignusque teneant ne in se grauius consulatur. Deinde adit Concionem Lacedemoniorũ indicat permunitas Athenas esse & posse illatũ bellũ non armis tantum sed etiã muris sustinere. sed quid ob eã rem de se crudelius statuerent, legatos eorum athenis in hoc pignus retentos Grauiter deinde castigat, eosque non virtute sed imbecillitate sociorũ potentiã quærerent. sic dimissus vt Iustinus scribit, veluti triũphatis Sparthanis a Ciuibus excipitur. Pari Calliditate Philippũ macedonie olim vsum penes eundẽ historicũ legimus quũ Phocensiũ legati adhibitis Lacedemonijs & Atheniensibus bellũ deprecarentur, cæteris græcie ciuitatibus auxiliũ contra Phocenses petẽtibus secreto auditis vtrisq; legationibus his veniã pollicetur belli Iureiurando adactis responsum nemini prodituros illis cõtrauenturũ se auxiliũque laturũ vetosq; vetat, parare bellũ aut metuere sic variato responso securis oĩbus Thermophilarũ ãgustias occupat, Phocẽsesq; p fraudẽ subigit, incendit diripitque. Antiochus vero rex Epyrotarũ legationi mirũ in modum perplexe. quũ non esset satis in prõptu qd respõderet legatos se missurũ ad eos dixit qui de his que ad illos seque cõiret pertinerent, (ut inquit Liuius) loquerenẽ legatus nũciusve vt ad Alex. scribit Arist. mittentis sapientiam ostendit, quũ sit eius oculus in his quæ uidet, et eius auris in his quæ audit et lingua in absentia sua ꝓpterea legationis fidis. circũspectis prudentibusque semper iniungendũ est. Philippus Macedonũ Rex missos cum Xenocrate Calcedonio ad se legatos, donis vt Diogenes Laertius scribit corrupit, Ipsum vero Xenocratẽ nulla rõne ad suũ cõsensum inclinare potuisse, postmodũque dixisse Xenocratẽ solũ ex oĩbus q ad se venerant, legatis munera spreuisse, rõne itaque non carebat, Corinthiorũ lex vetans legatione fungẽtes munera accipere, ab his ad quos mittebantur quorũ quidẽ corinthiorũ legatis quũ a Dionysio ad quẽ missi fuerant, dona ꝓut moris est oblata ob ꝓhibitionẽ legis eorũ accipere recusassent rẽ ait Dionysius absurdã facitis (vt Plutarchus refert,) qui quod vnũ bonum habet tyrãnis hoc tollitis dũ docetis etiã beneficiũ a tyrannis accipere periculosum esse. Nec prætereundũ in hac re videtur qđ Sigismundi imperatoris. & Ioãnis vigesimi Pontificis tẽporibus accidisse legimus Ad Sigismundũ quũ in finibus Italie esset Ioannes pontifex legatos misit duos ex Romanæ ecclæ Cardinalibus tãpridem tantũ agitata inter eos re literis nũcijs, vnũ quippe remediũ & pontifici & Imperatori videbatur generale conciliũ aduocari, sed erant circa hoc ipsum constituenda multa ceu locus tempus modus missi sunt, Igitur his de causis ad Sigismundũ legati cõmunicauerat cũ quibusdã ex intimis familiaribus suis põtifex archane mentem & cogitationẽ suã. in loco inquiens concilij totum est. nec ubi Imperator plus possit ego esse volo. Legatis igitur istis. q a me mittunẽ mãdata amplissima prætẽque maximã dabo ad honestatis speciẽ quæ palã ostentare possint atque ꝓferre, secreto autẽ mandatũ restringã ad loca certa quæ subinde enumerauit. Quũ in hoc proposito multos dies fuisset. tẽpus venit quo ꝓficisci legatos oportebat. tũ remotus ceteris præter illos quibus mentẽ apuerat legatos allocutus est. multisque verbis cohortatus est ad munus legationis diligẽtissime ostẽdens q̃ti ponderis illa res esset, cuius gratia mitterenẽ. Deinde cõuersus põtifex ad beneuolentiã quũ eorũ prudentiã fidẽque laudaret ac melius illos cognoscere qd factu opus esset q̃ se ipsum diceret, dũ istic cõmemorat atque inculcat, affectus ipse beneuolentia propositũ diu cogitatum momento tpis Immutauit, Decreuerã inquit loca quædã nominare a qbus nullo modo decederitis sed in hoc tẽporis puncto sententiã muto, ac vestre prudentie cũcta permitto, vos quid mihi tutũ & quid formidandũ cogitetis. Chartulã in qua ea loca scripta erant in eorũ cõspectu lacerauit, absque vlla alicuius loci noĩatione Legati igitur ad Sigismundũ profecti constantiam pro loco concilij elegerunt vrbem & transalpinã & Imperatori subiectã. quod simul atque Ioãnes indoluit. seipsum ac fortunã suã detestatus, ꝙ tã leuiter a ꝓposito restringendorũ locorũ desciuisset sed voluntatẽ Dei nemo vitare potest horũ legatorũ factũ ruine & depositioni pontificis initiũ & causam præstitit Asdrubal cognomento Hedus, qui senex missus a Carthagine ad misericordiã excitandã poscendãq; a Romanis pacẽ animos solo flexit aspectu. & tres maximi Philosophi Carneades ex academia Diogenes stoicus & Critolaus peripateticus ab Atheniensibus Romã ad Senatũ populũque Romanũ legati Impetratũ vti mulctã remitterent, quam fecerant propter oropi vastationẽ, quicquid petierunt obtinuerunt, ac reportarunt, & Caius Popilius vt in Philippicis ait Cicero quũ ad Antiochũ legatus missus esset, & uerbis senatus nũciasset vt ab Alexandria discederet, quam obsidebat, quũ tẽpus ille differret, virgula stantẽ circũscripsit, dixitq; se nõ antea renũciaturũ senatui, nisi prius ille rñdisset, qd facturus esset q̃ ex illa circũscriptione excederet, responsumq; dare coegit. præclarũ. n. ut inquit Cicero senatus faciem secum attulerat. Post mortẽ Iulij Cæsaris nutãte republica in maximis suis periculi nõne ad Marcũ Antoniũ Mutinam & Decium Brutum consulem designatũ obsidentem cum. L. Philippo. & L. Pisone seruius Sulpitius Iurisconsultus excellentissimus q etate & sapiẽtia illos oẽs anteibat, legatus fuit qui subito e vita ereptus totã legationẽ orbam & debilitatam reliquit, cui in legatiõe mortuo vt in Philippicis Cicero scribit ex ipsius sententia populus Romanus ꝓ rostris sta-

tuā posuit vt multos per annos progeniē eius honesta-
ret, & ꝓ breui vita reipub. causa amissa diuturnā memo
riā relinqueret Quū igitur legationem mittere opus fue
rit, mitte fidos, Circūspectos et prudentes. Mitte etiā gra
tos iuxta vetus adagiū si vis mittere, mitte gratū. Nō
præteribo Illu. Princeps, laudabilem priscorū consuetu
dinem mittēdi legatos cū donis, muneribusq; ad reges
principesq; ac amicos varijs de causis gratulatū. Hinc a
latinis & hermicis legati gratulatū de cōcordia patrum
& plebis romā venerunt, Donūq; ob eā Ioui optimo
maximo. Coronā aureā in Capitolio tulere, parui pon
deris, ꝓut res haud opulente erāt, vt ait Liuius. coleban
tur n. religiones pie magis q̄ magnifice, Carthaginenses
quoq; ꝓpter victoriā de Sanitibus habitā, legatos gra
tulatū Romā misere cū dono aureæ corone, quæ in Ca
pitolio Iouis sella poneretur, & fuit viginti quinq; pon
do Pariter Philippus rex de victoria Romanorū cōtra
Antiochū legatos ad senatū gratulātes misit cū corona
aurea pondo centū in ede Iouis ponenda. Etiā a rege Si
phace Romā legati venere, quæ is prælia pro pera cū
Carthaginēsibus fecisset, memorantes Regē nec amicio
rē vlli populo q̄; Carthaginensi nec inimiciorē quā Ro
mano affirmabant etiā quibus Senatus nō mō benigne
respondit sed ipse legatos cū donis varijs vt Liuius scri-
bit ad regē misit, & protinus alios Alexandriā ad Ptole
meū & Cleopatrā reges ad cōmemorandā & renouan
dā amicitiā qui dona tulere regi togā tunicā purpureā
cū sella eburnea Regine pallā pictā cū amiculo purpu-
reo Silennio etiā non inuoluā a Cāpanis olim legatos
romā missos postulantes ut alter cōsul Cāpanus fieret
si rē romanā adiuuari vellent, indignatiōe orta summo
ueri a curia iussos fuisse missumq; lictorē q ex vrbe edu
ceret eos, atque eo die manere extra fines romanus iu-
beret, Etolorūque legatis in Senatū Romanū quondam
introductis bello inter Antiochū & Romanos, vigente
cū insolētia sermonis aures senatorū offendissent, & vbi
misericordia opus erat, irā & odiū irritassent, senatuicō-
sultū factū fuit, vt Etoli eo die iuberentur ab vrbe profi
cisci & intra qndecim dies Italia excedere A. Terentius
varo ad custodiendū eorū iter missus, Denunciatūque
si qua deinde legatio ex Etolis nisi permissu Impatoris
qui eā prouinciā obtineret, & cū legato romano venis-
set, romā pro hostibus oēs futuros & Tissaphernes Per
sarū dux cū Agesilao fedus nō ex animi sententia (vt in
quit Plutarchus) percusserat, ea lege vt græcas Ciuitates
libere. suisque legibus viuere fineret, mox ingēnibus co-
pijs in Asia decederet bellū illi denūciauit, hoc fedus vio
latū libēter accepit Agesilaus legatis hilari vultu respō-
dēs se magnā habere grauā Tissapherni ꝙ periurio suo
& deos & hoies sibi infensos reddidisset, aduerse vero
parti propitios. simile fere est qd' scribit Liuius, quādo
legati Carthaginenses missi ad petendā pacem a senatu
populoque romano, fuissent. Quū flecti inqt misericor
dia patres appareret senatorū vnū infeste perfide Cartha
ginensium succlamasse ferunt, per quos deos. fedus actu
ri essent, quū eos per quos ante ictum esset fefellissent,
per eosdem inquit Asdrubal hedus ex legatis vnus qui
tam infesti sunt federa violātibus. Hec de legatis memo
randa ex his quæ legimus occurrerunt.

150 *In rebus asperis fortissima cōsilia capienda sunt.*

In rebus asperis fortissima queque consilia tutissima
sunt, qa si occasiones quorū momēto ꝑteruolat oppor-
tunitas cūctatus paulū fueris, nequicquā mox omissam,
(vt Liuius ait) quæraris Audaciaque pro muro habef.
quū audentes fortuna iuuare soleat, verū vbi & quādo
celeritate opus sit. inferius latc explicabitur.

151 *Quæ ꝑ alios potius quam per se facere debeat princeps.*

Quæ paritura sunt odiū per alios expedire facereque
memineris quæ vero amorē & gratiā per te ipsum hoc
pacto magna pars inuidie in eos defluet, ꝑ quos res ge
rif eruntque quos magis oderit populus quā principē.
Non tacebo etiam quod Fuluius Romanorū con
sul capta ꝑ romanos capuā egisse scribif. quum. n. pro-
ducti Cāpani ad palū deligarenf eques Citus ab roma
venit, literasque a ppso romano Fuluio cōsuli tradidit,
murmur a tribunali totā concionē peruasit deferri rem
integrā ad patres, de Cāpanis Id ita esse ratus acceptas
literas neque resolutas cū igenio reposuisset. preconi im
perauit vt lictorē, lege agere iuberet, Ita sumptū de his
supplitiū cū litere lecte senatusque consultū, serū ad im-
pediendā rem actā, quæ (vt Liuius ait) summa ope ap-
properata erat, ne impediri posset, ex quo in re quando
que forsan occurrent exēplum minime spernendū sumi
poterit, & tali stratagēmate callidoque consilio laudabi
le propositum poterit princeps exequi.

152 *Quū dubitat princeps aliquod iussum opus impediri & literis sibi festa stratagēmate hic notato vtatur*

Studere autē principem oportet in his diligendis qui
bus corporis & rerū familiariū curam permiserit sed
potissimū in his quos a secretis cōstituerit. vt enim Emi-
lius probus testis est. nemo ad id officiū admittebatur,
nisi honesto loco & fide & industria cognita quū neces
se sit omniū consiliorum eum esse participē. Sapienter
igitur egit inclitus genitor tuus qui præ alijs huic ꝓuin
cie Magnificū Ioannem vull iet castri sancti Petri uallis
augustæ regulū præfecit virum fidū ac circūspectissimū
qui etatis ꝓlixe beneficio vt apuleiano vtar verbo mul
tis experimentis instructus non in vultu tantum sed vt
plautina anus ait in occipitio oculos habet.

153 *De electione & constitutione familiarium et secretariorum.*

Duo præterea sunt amplissime princeps quę impera
re volētibus scire cōuenit an liceat expediatque medie
vie inniti an neutrā cōtendentium partiū sequi, Sueque
ditionis vrbes oppidaque munire ac ab oī externa loca
ipsa secura facere inexpugnabiliaque quoad fieri possit
reddere quā scopuloso difficileque loco versēr intelligo
q̄ rō vite in his sit ineunda magne ē deliberationis, qm̄
igif magna est qō nō est præcipitanda indiscussa temeri
tate Inia Absoluēdo itaque primū qōnis caput tempus
locus contendentium qualitas, & conditio aliaque mul
ta consideranda sunt, ab historicis huiuscemodi via me-
dia quā neutralitatē appellant, reprobari videtur plurif-
que fieri princeps qui manifeste amicos & hostes eos ha
biturus est. quos amicus suus habet in bello qd' aduer-
sus Philippū Macedonie regē Romani gerebāt Acheo
rū societatē. amicitiāque petebant, Philippus vt secū sta
ret mō postulabat, modo ne interessent armis contentū
se esse dicebat, Ad quæ Acheorū prætor vt est apud Li
uiū satis ait exēplorū nobis aliene clades præbēt, ne quę
ramus quēadmodū exēplo simus nolite qa vltro Ro-
mani petūr, amicitiam id quod optandū vobis ac sum-
ma ope petendū erat, fastidire. nā quod Cleomedon le-
gatus Philippi mō tanq̄ vobis mediā & tutissimā uiam
consilij vt quiesceretis abstineretisque armis ostēdebat,
ea nō media sed nulla via est. Etenim prętorquam ꝙ aut
accipienda aut aspernanda vobis Romana societas est
quid aliud quā nusquā gratia stabili velut, q euentū ex-
pectauerimus vt fortuna applicaremus nostra consilia.
prędā victoris erimus & iterū alio loco Quod optimū
esse dicāt, nō interponi vos bello nihil oino tam alienū
rebus vestris quippe est sine gratia sine dignitate ꝑmiū
victoris eritis. Solon q Atheniensibus leges dedit ut no
ctibus atticis elegāter A. Gellius scribit neutralitatē ci-
uitati ꝑniciosam cēsuit, exilioq; neutrales mulctauit. stā-
te cōcilio Basiliēsi quū Germani neutralitatē, quandā re
cepissent, & ab Eugenio & ab ipō Cōcilio reprobati fue
re, & sunt q Angelos quosdā e celo ꝑcipitatos aiūt, qa
Michaele archangelo cū Dracone pugnante stāte bello:
dubij fuerunt, nec agno adherentes nec lucifero. Bono-
nienses eos q diuisa Ciuitate partē nullā recipiunt, male
transuersos appellant, Tꝑibus pariter Ciuiliū bellorum
inter Cesarem & Pompeiū cōsulante Gneo Pompeio
de medijs ac neutrā partem sequētibus hostium nume-
ro habēdos (vt ait Suetonius) cēsuit, Nero. ipse vero Ce
sar moderationē ac clementiam iam tū admirabilē exhi

154 *An expediat principem esse neutralē vrbes oppida & arces munire ac ab oī loca ipsa secura facere*

bens, medios ac neutrius partis fuorũ sibi numero futuros pronunciauit Ideo in orationibus inquit Cic. Cesaris actiones extollens, Te dicere audiebamus nos oẽs aduersarios putare nisi qui nobiscũ essent te oẽs qui cõtra te nõ essent tuos. Equidẽ in his quæ ex gratia fiunt, arbitrioq; dependent, neutri auxilia subministrare licitum esse creditum est. An expediat quæ in superioribus diximus cõsiderand sunt, & quem res tangit scire magis põt, Iubẽte illo tamen cui ex iuramẽto fidelitatis astringitur iussus vt pro se contra hostes, eius arma assumat, neutralitatem minime licebit tenere.

Circa secundam partem q̃onis proposite inter prudentes varie fuerunt opiniones, & contraria principum exẽpla nõnulli loca minutissima construere totis viribus curarunt. alii sic munita constructaque euertere, principem qui populũ suum magis quã exteros timet, huiuscemodi munitionibus operã dare studereque debere quibusdam placuit. Desistere vero si exteros magis quã populũ suũ vereatur. et timeat, vt tñ experimento patuit, pplis et prĩcipibus ac Excellentissimo Genitori tuo. ne longe exẽpla petamus, asperis hisce turbulentissimisque tẽporibus magis profuit consilium tenentium primã partẽ sequi, & in posterum forassis proderit, mõ talis sit princeps qui sine populorum odio loca ipsa tenere conseruareque possit. Dãnantur. n. principes, qui locis ipsis cõfisi, fretique odiũ populorum paruifaciunt, nulli. n. maiores copie, tutioraque loca esse põt quã ei qui plurimum amatur. hoc vnũ inexpugnabile regnorum munimentũ sapientes prædicant, nõ sunt. n. adamantina Imperii vincula illa q̃ Dionysius Tyrãnus dicebat, Metus violentia classis præsidium decẽ millium armatorum sed beneuolentia gratia bonitas ĩnocentia Hinc Antigonus Macedonũ rex amicis suadentibus si Athenas caperet, vt validis præsidiis cõiret. ne qñ deficeret, summaque cura vt totius Græcie basim custodiret se sp in hac snĩa respondit vt crederet nullum esse regni præsidium firmius quã Ciuium beneuolentiam. Et Agesilaus percunctanti cur Sparta menibus nõ cingeretur. ostendit Ciues armatos hi sunt inquiens sparte Ciuitatis menia significans (vt ait Plutar.) rẽpub. nullo munimento tutiorem esse, quã virtute et beneuolentia subditorum q̃ ex modestis pricipum actionibus proueniunt, Dumque his retro exactis diebus magni quidã Viri lucã profecti vrbẽ ipsam ingredientes sitũ & fortitudinẽ loci mirum ĩmodum munisi tormentisque bellicis respõdit ex senatoribus prædicte reip. vnus ẽ adhuc nobis maior, fortitudo q̃ v; in brachio Cæsaris consistit, Inqueniorũ Ciuium vnione tñ principatus & Imperii necessarie sunt arces & castra ad q̃ se conferat princeps cum familia sua. Cuius rei documentum a Dauid rege accipitur. qui post captã hierusalẽ mõtẽ sion apprehẽdit pro munimine arce ibi constructa, ubi vitam cum suis degeret, & huiusce rei multe sunt causæ, vna sumitur ex parte principũ, quibus expedit in loco tuto esse q̃ regentes corrigentes et gubernantes magis securi sint, & in executione iustitie audaciores eorũque honestas magis conseruatur ne ex conuersatione nimia vel ex incauto aspectu, eorum maiestas vilescat, vtque illorũ diuitie quibus ut dictũ ẽe abũdare debent, tutius conseruari possint, Alia rõ sumitur ex pte populi qui magis sensib⁹ mouetur, quã rõne ducat. quũ enĩ sumptus magnificos in munitionibus eorum vident, ex admiratione ad parendum suis mãdatis ac ad obedientiam inclinantur, propterea rebellandi vel se hostibus dãdi cãm ita facilem non habent. sed de his satis.

Secunde res Illustrissime princeps sunt tanquã speculũ
155 quoddã nostri quæ vt de magistratu dicitur * qualis quisque sit ostendunt quãobrem maxime seruanda erit continentia quum quicquid libuerit licuerit cohibendus erit aĩus ne efferatur, ne insolescat ne obliuiscatur sui ipsius atque ita instituendus ut si e libertate in seruitutẽ e diuitiis in paupertatem et ex alto atque illustri loco in infima obscuraque deiici aliquando posse cogitet, est. n. præsens vita procelloso mari simillima illius finis in litore huius in morte vterq; portus recte dicitur. Inter viscũ & laqueos, secura auis volitat. piscis inter hamos ludit inter plagas fera sepe vbi periculi plus est. & pauoris minus Ars fortune est ut licentius feriat, metũ demit q̃ potentie magis eo magis in illa imperium fortune tepide se exercet, ingens pspèritas aduersitati magne viã facit, Caueat oĩmõ princeps ne cuiquã patrãdi cõtra se facinoris cãm præbeat.

In secũ dis rebus qualiter se habere debeat princeps.

Qui temperantem te senserit * turpia nunquã petere audebit o te fortunatum Marcus Cato (inquit Cicero) a quo rẽ improbam petere nemo audeat. 156

De virtute temperantie principis.

Admonitores voluptatum * ut pestẽ perniciosissimã fugito, sunt. n. animi quãuis bene instituti, cõquinatores, quibus qui delectetur impossibile illum seruare aliquem vite modum. quã. n. Iuuenes ætatis feruore ipsi per se ad venerea rapiũtur. nulla erit spes reliqua si malignus quoque consilio comes accesserit. Fabricius a Senatu Romano, ad Pirrũ legatus dum moram apud regem traheret, a Cynea qui versa vice a rege aduenerat audiuit esse Athenis quendã qui sapiens haberetur disputare solitũ ac diffinire oia quæ in vita agimus ad voluptatem referri illam finẽ ac præmium esse actionũ laborumque oium, q̃ audito temperatissimus vir obstupuit, quod quũ dominarraret Titum Corrũcanum & M. Curium optasse ferunt, vt talem sapientiam hostibus pop. Ro. dii darent, profecto enim qui voluptati rerum suarum terminum constituit, nihil gloriosi aut magnifici operis illa semp aium torquẽte suscipiet. habebat, vt historici tradunt, Claudius Nero plurimos voluptatum conquisitores, quem tñ vite exitũ ipse habuit. quẽ et alii miri ac fere oẽs ab eo nõ dissimiles. 157

Voluptatũ admonitores a principibus esse expellendos.

F

Quumque oĩs tum consultatio * tum actio sit de consiliis capiendis aut de rebus publicis aut priuatis. ut pontanus scribit in capiendis consiliis oportet multa audire, plurima circumspicere cãs singulorum quæ dicuntur exquirere non statim assentiri. nec ẽt semper palam improbare, snĩas aliorum ita examinare ut mentes dicentium videare velle introspicere, Quod ipse sentias aut non statim aut solum paucis aperire. In dicendo cautum & breuem esse pro rerum tñ qualitate parce reprehendere raro & nõ nisi magna ex causa obiurgare. Iracundiam cohibere tanquã maiestatis inimicã in nullo ita efferri ut (qd' aiunt) lineam transeas. 158

Circa quæ versatur cõsultatio principes.

In summa iniquis consultoribus. * qui neque famã neque salutem tuã diligunt, aures præbere noli. nec leuiter credere Et si. n. minime decet quoscunque more frondiũ quibusuis flatibus flexibiles esse, his potissimum indecorum ĩmo perniciosissimũ est. penes quos tanta ptãs est. ut quod facere velint exequantur, licet. n. obstinata non credendi durities qñque leserit, sepius tamen leuiter credidisse exitio fuit quid nãque stultius obsecro quã cunctis fabellis aures cordis habere patulas & tanquã certissimis fidẽ adhibere. quum hoium inter se tã varia certaminis studia, nihil pfecto tã credula existimatione stolidius. Quũ Scenacheris potẽtissimus assyriorũ rex, hierusalem obsideret ingenti exercitu regem ad colloquium vocauit. & noluit exire perditionem (vt in libris Regũ scribitur) & credulitatis periculum timens. vt. n. vegetius rei militaris peritissimus ait frequentius conuentiones pacisque simulatiões credulis magis nocuere quã arma circũspecti quidẽ viri ac constantis est negligere neminẽ. uerũ p meritis vnũquẽque pendere & ne de incognitis præcipiti snĩa falli possit, seipsum colligere & quasi e specula mentis librato iudicio intueri, quis uerba faciat, ob quod meritũ in quẽ facta in q̃ loco q̃ in tpe iratus an quietus aĩo hostis an amicus infamis an honestus homo sit. Quum igitur repentina credulitas mater sit erroris, nouerca consilii simulatum cã præcipitium obsequentis & penitentie semper proxima Credulitatis festinantium semper abhorrere equum & saluberrimũ erit dignissime princeps ita ut nil 156

Aures iniquis consultoribus nõ esse præbẽdas. & de credulitate vitanda.

temere credas, ex abruptoue agas verum oīa diligenti et
matura consilii examinatione præcedente & te non peni
tebit. Publice vero res vt quæ ad quietem populorū &
ditionis moderationem pertinent arte alia tractāde sunt.
populos tuos oportet tum literis tum nunciis pro rebus
tēporibusq; quū absens fueris sepius ut horteris. moneas
excites, nec semp expectabis, dū rogant sed vltro & non
rogat⁹, quū potes beneficium cōferes, et multitudinis rō
nem semp habendā esse memineris, totūq; reip tue cor-
pus ex equo curandum prout in superioribus diximus,
scies, Cum legatis, qualiter te habere debeas, satis ostendi
160 mus. vbi vero de iure agitur a præceptis iustitie de qui
bus suo loco diximus minime discedas a te nullū perso
narū discrimen habeatur, sed ipsarū legū personā in duas
quæ eedem semp sunt oibus quamuis greculus ille Ana
charsis leges aranearū telis cōpararet, nam ut illas infir
miora animalia retinere valentia transmittere ita his hu
miles & pauperes constringi Diuites & præpotentes nō
alligari dicebat argute magis. quā uere.

Iura reddēda et nō habēda personarū ratione.

De priuatis rebus lex, erit ut peregrinos humane exci
pias, attentus audias. liberaliter tractes, In oībus facilem
te eis ac benignum præbeas. studeas autē autē q; te adeāt,
quoad poteris nosce quod sit suum ipsorum ingenium,
quibus cum vixerint quas artes fuerunt secuti quas ēt se
quātur opiniones factionesue tristes ne sint an hilares sua
ues & dicaces in sermone an duriores, Quæ afferant mā
data. quid imperare cupiāt publice veniāt an priuatim,
mores quoq; nationū & studia sunt diligenter noscenda,
his. n cognitis facile intelliges quid agere te ipsum opor
teat, Eos familiariter alloquere illorum sermone te dele
ctari princeps inclite ostendens multa & ab illis de mori
bus nationū de situ locorum. de his quæ inter peregrinā
dum memoratu digna viderint, vel audierint do
ceri studeas, Inuitandi sunt & de rebus tū iocosis, tū graui
bus ut aliquid dicant, quod tū admirationē tū voluptatē
pariat. Quū vero in eū sermonē tecū venerint. ut impetra
re aliquid abs te contendant, tū op; vt liberalitatē munifi
centiamq; præseferas & vbi aut dignitas tua, aut ea quæ
ab illis petentur. exigent religionē iustitiam constantiam
mansuetudinē. Quū āt dimittendi sunt blandis verbis &
comi. sermone alloquere nec cōtentus his quibus eos cō
donaueris multa insuper pollicеberis. Et quū in gestu nō
161 parum hoies ponant. sit incessus tuus non mollis nō cō
citatus non dissolutus. medium inter hæc tenendū, absit
ab oi corporis motu rusticitas petulantia & risus īmode
ratus qui teste Philosopho reuerentiam tollit, Quintum
Hortensiū plurimū in corpis decoro motu repositū arbi
tratū plus pene studii in eodē laborando q; in ipsa elo
quentia affectanda impendisse legimus.

De gestu principis.

Deinde quia silentium maxime cōmendatur non solū
162 in arduis verum & in leuioribus rebus. hinc Pittacus my
tileneus, quod facere inquit institutis noli prædicare. si. n.
facere nequiueris ridеberis et ligurgus lacedemoniorum
Rex, vocatis ad conuiuia feres ostendi mādabat per eas
nullū egredi debere sermonē præmonens. Interesse. n. ad
conseruandum auctoritatem ne per totum quandoque
in consiliis dicta, spargantur in vulgus & magis expedit
ne serio dicta & quæ concluduntur tractanturue in reb⁹
grauibus & seriis per alios cognoscantur aut intelligan
tur hic Plautus in milite glorioso, finite inquit me prius
perspectare ne vspiam insidie sient, consilium habere vo
lumus opus est tuto loco Inimicus ne quis capiat cōsilia
nostra nā bene consultū inconsultū si sit inimicus vtile eē
potest. Et bene consultum surripitur sepissime quippe si
resciuere inimici consilium tuum tibi tuopte consilio oc
cludunt linguam et constringuntur manus atque eadem
quæ illis voluisti facere facient tibi.

Cōsilia et gesta principū non esse enunciāda.

Iccirco Romani taciturnitatem optimum ac tutissimū
administrandarum rerum vinculum nunquam labefa
ctari volebant, Quum ergo quintus Metellus bellum in
hispania gereret, & modo has mō illas cum exercitu re
giones peteret, quum interim iā suis oibus quā hostibus
ignota essent inopinata ac subita fluctuationis eā interro
gatus ab amicissimo, ut quid ita sparsum & incertum mi
litē genus sequeretur. Absiste inquit istud quærere, nā si
huius consilii mei interiorē tunicam consciam esse sense
ro continuo eā cremari iubebo. quem igitur finē habuit
dissimulatio illa & taciturnitas, postquam exercitū suum
ignorantia & totam celtiberiam errore implicauit. quū
alio cursum direxisset subdito ad Trebiam reflexit. inopi
natā & attonitam oppressit, ad cuius menia nisi ea via ꝓ
cessisset ad vltimam senectutē ipsi armato sedendum fuis
set, Rursus quū Eumenes Asie rex amantissimus Roma.
bellum a Perse aduersus Pop. Rom. cōparari senatui nū
ciasset, non ante sciri potuit, quid aūt ille locutus esset. aut
patres respondissent, quā captum Persen cognitum est. fi
dum erat & altum ut ait Valer. max. R. P. pectus cura si
lentiique salubritate munitum. cuius limen intrātes abie
cta priuata charitate publicā. induebant, Itaque non vnū
inquit sed neminē audisse crederes, quod tū multorū auri
bus fuerat cōmissum hinc & pompeii probabilis constā
tia qui dum legationis officio fungeretur a Gentyo Illiri
corū rege interceptus, quū Senatus consilia prodere iu
beretur. ardenti lucernæ admotū digitum cremandū præ
buit & ea patientia regi desperationē tormentis quicquā
ex se de ipsis secretis cognoscendi excussit, Curandū est
igitur vt tua consilia præcipue archana nemo enunciet,
quinimo Harpocratē quisque intimorū tuorum agat.
Ocium pulcherrime princeps. vitandum & fugiendū 163
est vti fame viteque contrarium & corporis saluti dāno
sum magis quā negocium quemadmodum voluit M. Ca
to. qui vitam humanā ferro comparabat, Teste Gellio in
noctibus atticis. vita inquiens humana est sicuti ferrū fer
rū si exerceas conteritur. si non exerceas rubigo tū inficit
plusque detrimenti secundū quā primū facit, Appium
Claudium propterea solitum dicere accepimus negociū
pop Rom. melius quā ocium cōmitti non quod ignora
ret quā iucundus tranquillitatis status esset sed qui aīad
uerteret præpotentia Imperia agitatione rerum ad virtu
tem capessendā excitari nimia quiete in desidiam dissolui
hinc Flacci verbum est. ocium reges prius & beatas per
didit vrbes. Quinti quoque Metelli tū grauis tū & alta in
senatu Roma. snia qui deuicta Carthagine nescire se illa
victoria boni plus an mali reipub. attulisset asseuerauit,
quoniam ut pacem restituendo profuisset ita Annibalē
submouendo non nihil nocuisset eius enim transitum in
Italiam dormientem pop. Rom. virtutem excitatā. Me
tuique debere ne acri emulo liberata in eūdem somnum
reuolueretur.

Quāta sit ocii et negocii differentia & de consideratione in bello suscipiēdo.

Nusquam tamen oportet principem esse cunctatiorē
& circūspectiorem linceumque magis quā in suscipiēdo
bello. quod etiam si iustissimum sit omnium bonarū re
rum naufragium, & omnium malarum pelagus nuncu
patur quod nisi summa obseruatione per Romanos indi
cebatur, nec vllū bellū iustum esse credebatur vt inquit
Cicero nisi quod aut rebus repetitis gerebatur aut denū
ciatū ante aut indictū fuisset, facile sumitur & inchoatur
bellū sed egerrime (vt Salust. ait) definitur, quū in eiusdē
ptāte non sit initium & finis Dies me deficeret si quæ dici
in eā sniam possunt exprimere aut attingere vellem, nec
de bello libellum cōpono aut hic te instruere in militari
quæro disciplina, in qua tamen maxime principibus con
uenit esse instructos posseque exercitus ducere, & corpo
re suo quū opus fuerit pugnare, obiter tū dicā quod Iu
lius Cesar pro quo ether militare videbatur, quamuis bel
landi semper cupidus fuisset vsqueadeo ut non ex desti
nato tū sed ex occasione & sepe horridis tempestatibus
quibus nedū castra moturus sed nec iter ingressurus quis
quā videretur pugnā capescere cōsuesset. In extremo tpe
etatis ad dimicādū cūctatior factus ē q̄ sepius vicisset, hoc
minus

min' experiendos casus opinãs (vt Sueton. scribit) nihilq; se tñ acquisiturum uictoria quantum auferre calamitas posset, & apud Liuium Annibal se magis cũctantẽ & qe scentem Fabium quam Marcellum pugnantem formida re dicebat, Octauius Cæsar prælium quidem aut bellum suscipiendum oĩno negabat nisi quũ emolumẽti spes ma ior q̃ damni metus ostenderetur nã minima cõmoda nõ minimo sectantis discrimine similes aiebat esse aureo ha mo piscãtibus cuius abrupti damnũ nulla captura pẽsari posset, Africanus negabat aliter cũ hoste confligẽdũ quã aut si occasum obuenisset aut necessitas incidisset, eq; pru dẽter nã & prosperã gerende rei facultatẽ omittere maxi ma dementia est & in angustias utiq; pugnãdi cõpulsum abstinere, se prælio pestifere ignauie affert exitum eorum qui ista cõmittunt alter beneficio fortune uti. alter iniurie nescit resistere, dicebat preterea Idẽ Scipio Africanus tur pe esse duci in re militari dicere nõ putarã. qa uidelicet ex plorato & excusso cõsilio quæ ferro agũtur administrari oportere arbitrabat summa rõne inemẽdabilis.n. error est qui uiolẽtia Martis cõmittit. Optime igit sensit Aristo. qui bellum gratia pacis tñ suscipiendum scripsit.

V T cetera præterea silẽtio tñ non inuoluã uegetij mi litarẽ disciplinã quę secundũ sententiam Lacedemoniorũ siue Atheniensium numerũ exercitus restringit, ad decẽ millia peditum & duo millia equitũ aut uiginti millia pe ditũ & quattuor millia equitũ multitudinem damnosam esse ostendens, tum quia difficilius regit, tũ quia laborio sius circa cõmeatum prouidetur. Impetum tñ multitudi nis nisi cum multitudine sustinere non possumus. Sic.n. Iudas Machabeus qui cõtra multitudinẽ Bacciuis princi pis Demetrii regis paucis pugnauit recedente ab eo gentis sue multitudine defecit, hinc Saul. cõtra multitudinẽ ho stium, multitudine usus est. Vnde quũ Naas amonites rex eiusdẽ regiõis cũ multitudine obsideret labes Gallaad ad trecenta mill. filiorũ Israel cõgregauit totidẽq; de tribu Iuda ad expugnãdũ ammonitas ut ĩ libris Regũ scribit.

Hinc formidabilis est Turcharũ prĩceps pp infinitam hoĩu m equorũq; multitudinẽ q̃ ad bellũ secũ trahit.

E T quũ nulla res tã inimica consilii sit quã celeritas. nõ sunt præcipitãda cõsilia, neq; statim ad primos ani

164 De celeritate et mora. mi impetus quidpiã agendũ, quod in magnas sepe ruinas & ingentia pericula trahere secum soleat, fugiendũq; iux ta Ciceronis præceptũ, ne sine urgẽti cã quo nihil stultius nos periculis offeramus maximeque periculosa est auda cia ubi uires spiritui nõ suppetũt, quintus Fabius ne Ro ma opprimi posset, cũctatione sua egit, at Publius Scipio celeritate sua Carthaginẽ oppressit, nonnunquã igit cele ritate opus est. Sed non antequã necessitas postulauerit, idẽ Fabius extrema necessitate poscente satis uelox & au dax fuit, quũ.n uidisset Collegam suum hoĩem expeditũ & temerarium ab Annibale superatũ, & Rẽpub. summo in discrimine uersari, nunc signa inquit extra uallum pro ferte uictoriam hosti extorqueamus summa celeritate rẽ restituit, exposcente itaque necessitate utendum est celeri tate aliter pro sententia Augusti Cæsaris festinandum est tarde. satis.n. celeriter fieri dicebat, quicquid fieret satis be ne, qñq; igit celeritate sęptus cũctatione scdm subiectã ma teriã actiones tuas conficies Princeps optime. Memineris tñ id apprime in uita utile esse iuxta Terẽtianũ Sosiã, ut cõ mode fiant oĩa ac ne quid nimis, hinc etiam Flaccus.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines
Quos ultra citroque nequit consistere rectum.

Quibus adstipulatur Illud Aristo. ad Alexandrũ Ma gnum quũ uiderit inquit rex bonũ aliquod aut utile faciẽ dum discrete faciat, nec tardus nec uelox nimis, ne remis sus uel impetuosus uideatur neque in disceptationem ad ducas an fieri debeãt, quæ tu ipse facienda noueris hoc est principẽ esse. & bonum principem. Et quẽ boni amẽt, mali timeãt, ut enim Plinius ait, qui per alios regũtur nec per se intelligunt quæ sint agenda cõtemptui sunt.

Quantum amplissime princeps a scriptoribus ex tollantur qui fortitudine præditi, & generoso spiritu a bundantes ut in rebus prosperis superbie & insolen tie uicti non fuere, ita in rebus aduersis palme arboris in star, cõtrarie fortune nõ cesserũt neq; succubuerunt pluri bus exẽplis quæ nobis offert antiqtas, facile cognoscere possumus. sed prę oculis est Clarissimi genitoris tui exem plũ, primũ n. dei fauore deinde sua singulari tũ pietate tũ prudẽtia tot anno. hanc eius ditionẽ sic administrauit gu bernauit, rexit, ut fœlicitas in eo regnare uideret. & uicini oẽs hoc quoq; fruerẽtur bono, quã modo tã diutinis bel lis & latrocinijs uexatã tantis erumnis calamitatibusq; in uolutũ uidemus, ut uerũ esse experiamur Illud Cæsaris, dictũ fortunã plerũq; eos quos plurimis beneficiis ornai uit, ad duriorẽ casum reseruare, hæc fortune fides est. res humanas uertit pariter & euertit omniaque ad libitũ ro tat. Quis maioribus fortune calamitatibus expositus? qs grauioribus tẽpestatibus immersus. Quis prĩcipũ iuste do minãtium tot erumnis, tot casibus aduersis inuolutus ia ctatusq; ut ipse fuit Vlysses qdẽ ille Homericus, prę eo Po licrates quispiam (vt aiunt) uideri posset, neque tñ fortune cessit neq; afflictus & plorabũdus iacuit, ita ut in aduersis nullus unquã eũ succubisse cognouerit. Homerus Tydeũ paruo fuisse corpusculo decoratũ scribit in quo tñ aĩa esset maxima, uiresq; ingẽtes & Xantippus Lacedemonius q breui statura erat a Sylio ita laudat, exiguus uigor ad mirabile mẽbris. uiuidus, et magnos nixu q uicerat artus. Supra Tydeũ & Xantippũ. Illustrissimũ Genitorẽ tuum princeps inclite cõstituã, qui in exantlatis erumnis in labo ribus tolerãdis magnũ se præbuit & oĩbus admirandum se ostendit. vt in exiguo corpore herculeũ animũ regnare posse cõprobauerit, & iam suo magis quã ullo ueterũ exẽ plo nos possumus cõfirmare sed uitã suã nõ mediocri ter honestabit tãta fortune seuientis iniquitas, ut.n. in Ma rio Maximo plurimũ addidit laudis fortune uicissitudo, ita qdẽ Alexãdri hoc detrahũt noĩe q perpetuo pene re rũ successu usus fuerit, egregiũ nauclerũ aduersa tẽpestas arguit, Vlyssem magis illustrarũt, tot duri labores, quã fœliciter excisa. Troia. Quinti Metelli præclarũ Imperium in re militari fuit egregia cẽsura, oĩs uita plena grauitatis, huius tñ uiri laudẽ ad sempiternã gloriam siue memoriã tẽporis calamitas propagauit, que unquã secũda fortuna tm honoris & glorie uite Ciceronis attulit, quantum exilii sui calamitas si n. tranquilla & placata ei fuissent oĩa incre dibili ut ipse scribit letitie uoluptate & gloriosi in patriam reditus caruisset nã etsi optabilius est cursum uite sine do lore fineq; iniuria conficere, attñ ad glorie immortalitatẽ, plus affert hisce angustiis inuolutũ fuisse quã nũquã odio uiolatum, ac persecutiones passi. preterea quẽadmodum dii ad bona hominibus largienda propensi sunt, ita homi num quoque uirtutes solerter expetunt, & quos in tolerã dis calamitatibus fortes offenderit illos utpote magnani mos, maioribus beneficiis prosequuntur.

165 De prospera atque adversa fortuna animoque costa(n)tia Duci carolo secũdi Sabaudie ducis.

166 Viri boni saepius p adversos casus q̃ ex fortuna p(ros)pera illustrantur.

E S T etiam sapienter dictũ quod deus diligit corri git & castigat, hoc modo temeritate hoĩum maxime ęsu lẽs, multos. n. q quottidie & uidemus secũda fortuna prę cipites egit, cũ quibus quãto melius actũ esset si nõ plenis uelis sed aduerso interim uẽto delati essent pp pctã nostra euenire quoq; nobis mala scelera nr̃a nos odiosos facere, & iniquitates nostre pessundederũt nos, quos inter et deũ diuisionẽ fecerũt, abscõdentes faciem illius a nobis. aggra uata est manus dñi super populũ pctõrẽ & tradita est fla gellis superbia nr̃a. Iã nemo est q satis officium suũ faciat, nã principes superiores magistratus recto tramite nõ ince dũt neq; secundũ uias dñi ambulãt, nec uirgã Iustitie re ctã tenẽt sed cumulandis opibus solũmodo inhiare uidẽ tur, inferiores obedientie colla, nõ submittũt, uanitate & supbia repleti sumus, cultus diuinus ubiq; diminutus est. oĩa cõfusa & turbata sunt, blasphemat passim diuina pie tas, & in mãdatis suis contemnit deus nullus timor. nulla

167 Propter Dei amorẽ et nostrorũ peccatorũ odiũ uariis affligimur malis.

reuerẽtia legũ. hinc nobis iratũ cœleste numẽ, hisce calami
tatib⁹ nos inuolui pmittit, neque acceptat opa q̃ facimus,
ex quo in maximo pctõ nos esse cõstat, supraq; nos stare
iram Dei, qui postquã emendationẽ nullã in nobis uidet,
uirgã suroris sui cõmouẽs pricipes et magistratus plectit,
populiq; superbiam corrigit, et castigat, et quẽadmodum
in principio historie sue Orosius inquit procul dubio bel
la in quãtũ sunt aut manifesta pctã sunt, aut occulte puni
tione. pctõrũ, quum deu nõ punit vlr, nisi pp vle pec
catum, quibus quidem peccatis olim ostensus etiam deus
egyptij. immisit rana. locustas Cyniphes aliasque pestes
in cõfinio itẽ arabie & palestine ut ipse orosius refert, quia
que magne & ample ciuitates fuisse referunẽ, qbus & soli
fœcũdita. suberat, & iordanis Fluuius p plana diffusus, ac
per opportuna diuisus augmenti ubertatis impendebaẽ.
Huic uniuerse regioni bonis male utenti abundancia rerũ
cã malorũ fuit, ex abundantia.n. luxuria ex luxuria sede li
bidines adoleuere, Deus itaq; iratus sup hanc terrã ignẽ et
sulphur pluit totãq; regionẽ cũ populis atq; urbibus exu
stã testẽ iudicij futurã eterna pena dãnauit, porro quũ res
ipsa loquaẽ hãc tempestatẽ nobis diuinitus imissam a deo
nostris sceleribus offenso. nemo tñ agnoscens sua cõmissa
dñi misericordiam inclamat, sed sibi quisq; blanditur, &
alius in alium culpã rejicit, occaluimus aduersus flagella
dei. obdurulmus aduersus illius medicamenta.

Rruertamur igitur ad clementia eius. opera emendan
tes nostra & dolẽres super iniquitatibus. penitentiam aga
mus, mutabit & ipse deus sentẽtiam suã, furorẽq; a nobis
auertet, sceuisq; exãclati casib⁹ (vt apuleiane loquar) pau
sam paceq; tribuet, nosque respirare pmittet, nõ est.n. ab
breuiata manus dñi, ut saluare nequeat neque aggrauata
eius auris ut non exaudiat, Metellus Numidicus grauis &
disertus uir in orone quã i cẽsura ad ppl'm deducẽdis uxo
ribus dixit sic pulcherrime ait, Dij mortales plurimũ pos
sunt, sed nõ plus uelle debent, nobis quã parẽtes. at paren
tes si pgunt, liberi errare bonis exheredãt. Quid ergo nos
a dijs immortalibus diutius expectemus nisi malis rõnib⁹
finẽ faciamus, eisdẽ deos propiuos esse equum est q sibi ad
uersatii nõ sunt, illustres uiri & a luculẽtis celebrati scripto
ribus ornatissime princeps oculos aperiunt, auresque ere
rũt & ne somnus leniter obrepat, uigilãtes aspiciunt, qbus
quãtisque fortune telis pectus geram⁹ aduersum cuius ui
ribus uix obstãt humana cõsilia, & ex aliorũ casibus quã
lubrico in loco positi simus, aduertũt, auaritie luxui furo
ri iactãtieq; parcẽtes letis modũ ponũt, memores dũ ela
tas mẽtes irrita aut aliquo irritatas casu aliqd enorme sub
intrat, ea lege ascendisse qua cæteri ruituros s in pũcto tẽ
poris si fortune liburrit pnasq; daturos, quãtoq; magis
ad astra trãsferri se uidẽt, tãto accuratius desidriũ humili
in loco defigũt, Deũ summa ueneratione colẽtes & totis
uiribus diligẽtes, sapientiã uirtutesq; sequẽtes. honorãtes
dignos amicos summa cũ fide seruãtes. prudentiũ cõsilia
sumẽtes benignos inferiorib⁹ se exhibẽtes. humanitate mi
sericordia atq; iustitia abũdãtes honores laudes gloriã fa
mãque pquirẽtes adeptaque sublimitate se dignos demõ
strãtes. quos si cõtingat, qñque driici nõ eorũ crimine aut
culpa factũ appet sed pteruia fortune cũcta urrtẽtis. hisce
prudẽtissimis uiris te licet adiungas hũanissime princeps
illorũ uestigia seq pulchrũ & gloriosum existima.

169 *An melius sit regi bona lege quã bono rege*

Est & opeprçciũ scire an melior sit iustitia aĩata quã ina
nimatã. q in principe iudicibusque esse dicit aiata eqtatẽ
intueẽ, rigori illã pferẽs uarietatẽ tẽporũ rerũque & pso
narũ cõsiderat, seque eis accõmodat, iccirco hãc plerique
pferẽdã pdicãt, uidimusque excelsos uiros melius regi ma
nuque regia gubernari quã mediante tot tãtarũque legũ
sylua, dicebãt seque ita facturos si ad eos rasu aliquo rerũ
summa deuenisset pfitebanẽ. Sed quũ factæ fuerint leges
ut humana cohercereẽ audacia & inter improbos tuta es
set innocẽtia cõstat legũ editionẽ necessariã fuisse, maxime
crescente hoĩum malicia neq; solũ pp malos a scelere retra
hẽdos sed & pp bonos defendẽdos editas fuisse, leges.hñt
.n. istituta maiorũ suos modos rõnes & utilitates, hęc
quũ uiment Diuo Hierony. teste & mali coercenẽ, & bo
ni inter malos qetã uitã agũt, q si iudicũ arbitrio cũcta di
rimerenẽ. effrenata illorũ cupiditas oĩa deuoraret, & qd
hic statueret, alius destrueret, & eadẽ qõ resq; nũquã pari
formiter decidereẽ, aut pperã cõtẽptis legibus determina
reẽ ut ea sepe experimẽto cognouimus. & quãuis iudices
qñque mali sint, cõtẽtionesque et drias foueãt, litesque im
mortales uel reddãt uel eẽ patianẽ, uiriũ ẽ hoĩum nõ legũ.
q̃ semp bone sunt, & ad minuẽdũ lites tẽdũt, melius ẽ igiẽ
ab optia lege q; ab optio uiro gubernari, vñ scdm Phm
q legẽ pręesse iubẽt Deum praeesse & leges iubere vñr. q
aũr hoiem pręesse iubet, adiungit & sceuã bestiam.

170 *Hac epist. lib. c[...] forte nomẽ accip[...]*

Sed quo rapior priceps inclite. Epistolã scribere obli
tus quã si librũ appellare malueris nõ repugnabo aucto
ritati tue. Cerno n ut cũ Hierony. in quadam epistola ad
Paulinũ loquar me scripturarũ amore rapiũ. Epl'e modũ
excessisse. pluraque dixisse, q̃ statuerã. sed dũ cãe grauitas,
rei magnitudo religionisq; & iustitie zelus orõnẽ meã lõ
gius pduxit creuit epistola in uolumẽ, & facta ẽ uelut sy l
ua q̃dã, neq; culta neq; satis digesta, uerũ nõ epistola quę
describit sed res q̃ describiẽ, (vt Plinij uerbo utar) magna
est. Ridebo igiẽ siqs Momus Horatianũ illud mihi occi
nat, amphora cepit instutui currẽte rota Cur urceus exit,
nec breuitati semp inseruiẽdũ est. Frequẽs dicebat Plin. mi
hi disputatio est cũ docto & perito quodã dño. Cui nihil
eque in causis agẽdis ut breuitas placet, quã ego custodiẽ
dam esse cõfiteor, si causa permittat, alioqui prçuaricatio
est transire dicenda.

Præuaricatio est inqt cursim & breuiter attingere quæ
sunt inculcãda, infigẽda, repetẽda, nã plerisque longiore
tractu uis quædã & pondus accedit, utque corpori ferrũ
sic oro a.o non ictu magis quã mora imprimitur.

Quũ igiẽ ppositũ iter iã absoluerimus. ex altoq; opta
tũ pspiciaẽ litus. Cymbaq; nr̃a uarijs agitata undis lassicar,
res poscit, instar tẽpus, iã riuos claudere, cõplicãda igiẽ mi
hi sunt uela, ac inhibẽdi remi. rerepruiq; canendũ & placi
do rursũ ut portũ subeamus, cõtẽdẽdũ grãs altissimo agẽ
tes, qui nos ad optatũ finem perducere dignatus est.

171 *De obtrectatoribus*

Scio nõ defuturos uitilitigatores, uix.n. sup stite q secit
cuiusquã scripta uel gesta placuerũt, ita ẽ ingeniũ morta
liũ uirturẽ pñtẽ si nõ adimus, certe negligimus sublatã ex
oculis querimus, inuidi fuit hoc, eritq; ppetuũ. ut uenera
tio uetustatẽ pñtiã comiteẽ inuidia hinc ait ille poeta. lau
des hoium mos inchoat, & Hierony. Iudicii oblatrantiũ
nõ mouebaẽ q in vtrãque ptẽ aut amore lãbaẽ aut odio.
& tñ nõ dubito me habiturũ multos defensores, qb⁹ gra
ti erũt tot labores, quos p cõi utilitate perpessi sumus.

172 *De veneratione vetustatis et contemptu praesentis virtutis*

173 *Optata sua principi*

Superest solũ inclite Princeps, ut dicã uale, Iulii Cæsaris
tibi optans felicitatẽ audaciã et memoriã nihil.n. M. Cice
rone teste præter inimicitias obliuisci solebat, Traiani iusti
tiã & ad faciendũ iudiciũ in ppl'is tuis. beneque regẽdũ Sa
lomonis sapientiam Alexandri seurri integritate & forti
tudinẽ. Nume Pompilii religionẽ & fidẽ ac Theodosii pie
tatẽ, & quicquid in priscorũ Imperatoribus & regibus in
signe fuisse legiẽ, q si licentiore epistola usus sim, & in ali
quo benignitas tua lesa fuerit, equi bonique cõsulas & in
culpa nostra ut cũ Plinio ad Vespasianũ loquar tibi igno
scas, iamque uale, & uiue ad Nestoris annos, & ad opta
ta tandem fœlicibus incrementis te Christus optimus pro
uehat ex urbe tua uercellarum. M. D. XL. τέλος.

AD DIVVM Pedemontium Principẽ, Philiber
tum a Sabaudia Ter Maximũ, Philibertus a Pingon Sa
baudus ἐπίγραμμα Ter Minimus.

E docet Heroa CAGNOLVS origine cretos,
Historiam monitis comprobat unde tuam.
Mox tibi se ualidis respublica legibus offert.
Pace, uel armata restituenda manu.
Nunc Chiron, & Homerus eant: Es maior Achille.
Attis eat: Maior dat sacra iura Solon.

Clarissimis

CLARISSIMIS DOCTISSIMISQVE VIRIS NICOLAO THEVPOLO HIERONYMO POLLANO ET LAVRENTIO PRIOLO PATRITIIS VENETIS

Gymnasiique Patauini Reformatoribus optimis Hieronymus Cagnolus Iurisconsultus S. D.



Vi ventri somnoque dediti viri Clarissimi indocti incultique uitam trãsigunt, his sepiissime nocumento esse solent, qui honestis laboribus & vigiliis rei literariæ undequaque succurrũt, Quid enim aiunt tot vigiliis mortales angi iuuat, tot noctes isomnes transire, tantis laboribus confici. & de uita ipsa toties dimicare. quum si Dei conspectu digni facti fuerimus, ex diuina præsentia tanta repleamur letitia vt in illa oẽ desiderium nostrum conquiescat, et terrena gloria penitus sordescat, sin autem ad generum Ceteris Sathaneq; cruciatus mittamus, semper dolentes & mesti conquerimur, cuncta præ angustia contẽnendo, ac non esse optandõ, quod in Apocalipsi insinuauit Apostolus in diebus illis dicens. homines mortem quærent, et eam non inuenient, desiderabunt mori. & ab eis fugiet mors. Ad quid igitur attinet labores ocio præponere, & toties mori? Quam sententiam magno & excellenti ingenio viri tanquã hoïe libero indignam reprobam semper esse duxerunt, Quid. n. turpius? quã per inertiam etatem agere, et corpus ipsum animi organũ? et a natura ad maiora productum desidia, & luxu, torpescere. quasi a brutis animantibus rõnalis non differat homo. Idcirco cum se doctrine dedissent, quicquid laboris potuit impẽdi aliis omnibus contemptis, ad inquirende veritatis studium contulere. quo ceteris prodesse possent. ac relinquere monumenta. quæ illos vixisse testarentur, Quod quidem vite genus, quãuis imodicis laboribus corporis forma. & valetudo extenuetur. laudabile tñ & amplectendũ semper putaui, ne aĩus qui eternus est, & pars nostri præcipua, vilesceret, maxime quod ad æthera euecti, interq; beatos recepti, ingenti præmio propter bona opera ab altissimo condonabuntur. fulgebuntque sicut stelle in regno dei, & accidentali afficientur gaudio. quum benefactorũ iucundissima sit recordatio, Quinimo ad pluto. descendentibus, et tenebris illis, vbi fletus est et dolor, inclusis non parũ ea uita proderit, Quum. n. rõnales facti sint hoïes, de se & rebus oibus quas in hoc mundo acceperũt sicque de tẽpore rõnem Deo in die vltimi iudicii reddituri sunt, & pro qualitate actiuum gloriam, vel pœnã (Augustino teste) recepturi, pænas igitur quas pp tẽpus perperam inutiliterque consumptum luere necessarium fuisset. & acrius cruciari. non patientur. nec incurrent, præterea et citra veritatis præiudicium demus ex recte factis nihil post mortem nobis superesse, an ideo donec viuimus semper erimus ociosi? Quod tam etsi nemini mortalium contingat, quippe quem studium literarum non teneat, auaritie cupiditas vexabit. aget illum præcipitem libido. ocium in furias mittet, Militia est. n. (vt ille ait) vita hoïs super terram. proinde siue præclaro facinori siue nephando sceleri sis intentus. vtrinque laborandum est. & haud scio, an sine capitis periculo posteriori operam dederis, Nõne igitur præstatur honestis negotiis intentũ esse. & artis bone famam quærere. quæ & ad sui noïs celebritatẽ, & ad mortalium vtilitatẽ respicere possit, Gaudemus uiuentes, quia benefacere sm naturã (teste philosopho) delectabile est. Deinde quia libellos nostros ut partus diligimus, quẽadmodum e rebus humanis equioribus animis cedunt parentes, qui viderint filios suos ad aliquẽ vite statum euectos. ita est nescio quid solatii editis vigiliis interim ceu prægustare ac præsagire. quid de nobis iudicatura sit posteritas. Quod si ad honores magistratus & terrena præmia respiciamus, neminem esse arbitror, quẽ eius laboris peniteat. his iunge mundi gloriam, quæ pro Cicer. snĩa oĩum præmiorum amplissima est merces. vnã enim esse. quæ breuitatem vite posteritatis memoria consolatur, quę efficit ut absentes adsimus mortui viuamus. in celũque eius gradibus hoïes videantur ascendere, Qm̃ ergo his exẽplis semper mihi laborandũ duxi summã diligentiam in eo posui, vt quã posset labor noster mortalibus gratior esset & utilior, itaque loca quædam ab aliis quasi neglecta et pretermissa sum interpretatus. altiusque nõnulla reperii, quæ a maximis viris hactenus non erant recte disputata, pleneque discussa in quibus & ordinẽ seruauimus. et veritatẽ pręcipue exquisiuim⁹, nihil ad emulationem scribentes, oĩaque his libris digesta publicanda curauimus de quibus quidnam sentiendũ sit aliorum est iudicium, mihi certe meus labor est testis. Idque pro firmo asserere possum. me vti puram simplicemque veritatẽ affectasse, ita aliorum cauillos tanquã scopulos fugisse. quod cũ Cicerone putarem de ambitione magis quã de ueritate esse sollicitum. hoïs esse suo ocio abutentis, Nam & Galenus uir doctissimus sophistas qui non de veritate sed de gloria contendunt, semper fugisse testatur.

Alacri animo (ut equum esset) patres optimi, extollerem incomparabilem humanitatẽ uestram, ingeniorum acumina, maximarũ rerum cognitionem, summã equanimitatẽ, ac dexteritatẽque, ceterasque uirtutes in aliis raras. Sed quum studiosi & oẽs bonarum artium cultores. quorũ uos (patres optimi) curam geritis in hoc celeberrimo gymnasio in laudes vestras Encomia quotidie decantent, & panigyricos recitent, fitque adeo clara fama benignitatis, et prudentie vestre, non tantum in ditione Veneta, uestroque imperio, sed in toto orbe, ut id gloriæ uestræ, quæ supra ingenii mei uires est, parũ conferret, melius esse tacere quã loqui. Salustiano instructus exemplo arbitratus sum, etiam, ne operam & oleum perderem. quandoquidem superuacuis laboret impendiis qui solẽ (ut aiunt) facibus illustrare conatur, Telam igitur quã orsus sum absoluens epistolã claudam, dũmodo lectorem rogauerim, ut si in hisce opusculis nostris aliquid boni inuenerit, laudet Deum a quo est scientia nostra & cuncta bona procedunt, gratiasque agat habeatque Magnificẽtiis uestris sine quarum ope et auxilio. Hæc nunquã prodiissent in lucem, valete igitur amplissimi Clarissimique patres. & ad Nestoris annos uiuite felices. digni quippe estis in eternum uiuere. ex Gymnasio patauino pridie Nonas iulias.

M. D. XLVIII.

AVCTORIS QVVM POST MAGNAS FERIAS LECTIONES ORDINARIE

Auspicaretur Taurini habita Oratio.



Multorum annorum consuetudo fecit patres amplissimi ingenuiq; adolescentes vt hæc dicendi rõ qua post feriarum laxamenta literaturi laboris initia auspicando solemus auditorum cetum ad literariam ineuntis anni exercitationẽ velut classico quodam reuocare non amplius nostri muneris voluntariiq; officii esse videatur sed veteris cuiusdam instituti legisque sanctioris quam nephas sit mutare requirebam nuper aio quid potissimũ sequerer de quo hodiernus esset mihi instituendus sermo quod non inutile esset relatu nec audiuit ingratũ occurrit vobis præponẽdus diuinus ille Zeno stoicorum princeps quẽ ex phenicia nauigantem quum naufragium fecisset quonã modo posset beatam vitam ducere oraculum consuluisse ferunt, responsumque si mortuos viuens coleret qđ quærebat consecuturum quo responso ab oraculo accepto oẽm diligentiam operam & studium omne ad legendũ antiquorum libros contulit. Cratemque thebanum illũ famosissimum multos annos auditur quũque aliquid se profecisse arbitraretur secundioribus ventis nunquã nauigasse quã quũ naufragium fecisset dixisse fertur. Zenonis itaque exẽplo excitati iuuenes eruditissimi si oi tpe beatam uitam agere vultis totis viribus incũbite studio, & ea consequimini quæ vos diuinos aut quod eq; magnũ est diuinitate proximos afficiunt forma robur diuitie fluxa sunt & subiecta fortune maximaque interdũ pericula solent possidentibus importare at virtus aĩ quæ est scientia. eterna est cõis nobis cum diis ĩmortalibus, vt nec eripi nec surripi põt. semper auxilio nobis est. atque præsidio, vitam nostram per tela per flãmas. per saxa. per undas. p oia denique rerũ discrimina atque picula comitatur ppe est semp. maximũ afferens vel in aduersis refugium uel in prosperis ornamentũ. in tempestate sua quieta est et lucet in tenebris splendetque p se semperque neque in alienis vnquã sordibus obsolescit in medio, posita est nemini dedignatur qui mõ se dignũ illa iudicat, oĩbus patet, oĩbus lucet oẽs admittit nec reiicit quemquã nec eligit. ad hoc oẽs nobiles sumus patricius Socra. non fuit. Cleantes aquam traxit & rigando orto locauit manus Plato. non accepit nobilem philosophia sed fecit. studia clarum nobilem & imortalem efficiunt Epicurus quum Idomeneo scriberet & illum a uita spinosa ad fidelẽ stabilẽque gloriam reuocaret rigide tunc potentie ministrum & magna tractantem si gloria inquit tangeris notiorem te facient Epistole mee quã oia ista quæ colis & propter quę coleris, tũquid mentitus es, quis Idomenea nosceret nisi Epicurus illum suis literis indidisset. oẽs illos magistratus & regem ipsum ex quo Idomenei titulus petebatur obliuio alta suppressit. Nomẽ Attici perire Ciceronis epistole non sinunt, nihil illi profuisset gener Agrippa & tiberius progener & drusus Cesar pronepos Inter tam magna noĩa taceretur sic Cicero illi defuisset Proinde colligite vos iam satis tẽporibus ocio datum est hic dies aliam vitam petit. alios mores postulat, surgite agite. & studiis pulcherrimis rerum maximarũ totis viribus incũbite. parate. vos ad maximos honores ad amplissimas dignitates. vosmetipsos sic eruditos ostẽdite vt spes vos pulcherrima foueat posse respub. vrãs a vobis recte gubernari. vra sunt officia vestri magistratus vestra sunt gentiũ gubernacula si mõ ita vos instituerit is vt digni futuri sitis quibus honores conferantur & dignitates, Date operam vt ita redeatis quo parentibus voluptati amicis atque affinibus honori & utilitati ciuitatibus vestris maximo futuri sitis ornamento. Quod si feceritis delebũt inuidi & laudibus uestris rũpentur, atque ita vobis persuadete si ĩdocti atque imperiti reuertemini oĩbus derisui ludibrio contẽptuique futuros. sin eruditi doctique euaseritis fore per oia vite tẽpora gloriosissimos, nunquã in paupertate neque in anxietate semper in diuitiis semper in honoribus semper in amplissimis dignitatum gradibus collocandos. nihil erit difficile volentibus. semina in corporibus humanis diuina sparsa sunt, quæ si bonus cultor excipit similia origini prodeunt & paria his ex quibus orta sunt surgunt. si malus non aliter quã humus sterilis ac palustris necat ac deinde creat purgamenta pro frugibus.

Nec vos terreat legalis scientie prolixita seu difficultas aut nostre vite breuitas. nihil. n. adeo difficile ẽ quod aĩus inuictus & laboris patientissimus mõ superet, hæc scientia si Imperatori credimus finem habet mirabilẽ, nec exiguum temporis habemus sed multum perdimus. satis lõga vita est & in maximarum rerum consumationem large data si tota bene collocaretur sed quum tempus breuissimũ sit, temperque in cursu fluat, & præcipitetur nec magis moram patiatur quã mundus aut sydera. quorũ in re quieta semper agitatio, nunquã in eodem vestigio manet; quoddam tñ adhuc surripitur quoddam subducitur, quoddam effluit turpissimaque est iactura quæ per negligentiam fit, Et si volueritis attendere maxima pars vite elabitur. nihil vtile agentibus. Heu quantum errare quosdam video qui ex hoc velocissimo tpe in superuacua maiorẽ partem errogant tempus ergo quod auferebatur aut surripiebatur aut excidebat colligite seruate & in bonos vsus consumite incipiatis vasa colligere in freto vixistis moriamini in portu Id primum agere debetis ut irritamenta viciorum quã longissime proiiciatis. cũ virtutibus. n. vitia nõ coeunt, nihilque tã monsferum ingeniis quã luxuria. Indurandus est animus et a blandimentis voluptatũ procul abstrahendus, vina Annibalem hiberna soluerunt & indomitũ illum niuibus et alpibus virũ eneruauerunt fomenta Cãpanie. armis vicit, vitiis victus est. Claudite itaque voluptatibus aures, quibus cera parũ est obdere firmiore spissamento opus est, quã in sociis vsum vlyssem ferunt vox illa quæ timebatur blanda erat et ex vno scopulo circũsonabat. He, autem voluptates ex oĩ terrarum parte circũsonant & decipiunt hęc præcepta si obliuio non suppresserit responsis delphicis veriora quæ diximus comperietis neque est de natura conquerendũ q; illa se benigne gesserit & vitam satis lõgam scientibus vbi ad ingenii cultum capessendum aĩumque erudiendũ concesserit, Plato quo nihil doctius erat in terris vnũ & octogesimum impiens annum natali decessit suo Xenocrates Calcedonius octogesimum sm Arist ille vltramũdanus tertium & sexagesimum quem numerum equasse nec excessisse Ciceronem a quo omnis romana exiluit eloquentia non ignoramus Demosthenes vix sexaginta impleuit. Iul. Cesar, non minus literis quã armis clarus anno etatis sue sexto supra quinquagesimum periit. Et ut ad nostros Iurisconsultos veniam nõne noster Saxoferratus cuius vestigia sequimur et adoramus maxima cum iactura nostre philosophie quartum & quadragesimum ingressus annum ad superos migrauit, & Papinia. acutissimi ingenii uir oium Iurisconsultorum qui vnquam fuerunt aut imposterum futuri sunt facile princeps nõne anno etatis sue. xxxviii. cum morte vitam cõmutauit, hi oẽs & alii multi quorum infinita sunt exempla num consumatissimi fuere, & tamen illis non adeo longa fuit quin vestrum quisquam etiam si ad debilitatam iam tantum naturã respiciatis sperare possit et agere longiorem. Et ne dura nimis me præcipere credatis volo uobis omnia negare neque vos iubeo semper iminere libro, quiescendum est interdum, & cum rerum nam deliberandum


quæ

quæ diem fecit & noctem neq; in eadē intentione equaliter retinēda mens eſt ſed ad iocos reuocanda, Cum pueris ludere Socrates nō erubeſcebat & Cato verne laxabat animum curis publicis fatigatum & Scipio illud triūphale et militare corpus mouebat ad numeros non molliter ſe infringēs vt quorūdā mos eſt, ſed vt illi antiqui viri ſolebāt inter luxum & feſta tēpora virilem in modū tripudiare. Danda eſt remiſſio animis. meliores acrioresq; requieti reſurgūt, vt fertilibus agris nō eſt ſemper imperandū, cito enim exhauriet illos nō intermiſſa fecunditas ita animorū impetus aſſiduus labor frangit vires recipient Paulum reſoluti et remiſſi naſcitur ex aſſiduitate laborum hebetatio quædam animorum & languor legum conditores feſtos inſtituerūt dies, vt ad hilaritatem homines publice cogerētur tanq̄ neceſſariū laboribus interponētes temperamētū. Et magni quidā viri ferias certis horis ſibi dabant quia nō vllum diem inter ocium & curas diuidebant. qualem Pollionem aſinium oratorem magnum referunt quē nulla hora vltra decimam retinuit nec Epiſtolas poſt eā horam legebat. nequid noue cure naſceretur. Sed totius diei laſſitudinem duabus illis horis ponebat. Dandum eſt interuallum animo vt omnis triſtitia quæ continuatione pertinacis ſtudij adducitur hilaritate iocoq; diſcutiatur. ita tamen vt nō reſoluatur animus ſed vt remittatur, temperamentumq; ſemper adhibeatur ne veſtigia Porij latronis viri alias clariſſimi & eloquentiſſimi ſequamini in vtraq; re ei modus deerat. nec intermittere ſtudium ſciebat nec repetere, quum ſe ad ſcribendum concitauerat iūgebatur noctibus dies & ſine interuallo grauius ſibi inſtabat nec deſinebat niſi defecerat. Rurſus quum ſe dimiſerat in oēs iocos & luxus reſoluebat & in tantam viuēdi ſic perueniebat cupiditatem vt vix poſſet ad priorem conſuetudinē retrahi, Sint ioci & luxus honeſti exercitationes & faciles & breues quæ corpus & ſine mora laxēt & tēpori parcāt, cuius præcipue habēda eſt ratio, Galenus parue pile exercitationem reliquis anteponebat vel in ambulationibus apertis vagandū vt celo libero & multo ſpiritu augeat attollatq; ſe animus quodlibet ex his eligetis cito redite a corpore ad animū, ſed vt circa ſtudēdi ꝓficiendiq; modū aliquid tāgam ſilētio inuoluēs quæ Martino Seneuſi & Seuerino in eorum tractanibus dicta fuere quum ad manum & in promptu habeātur alijs quibuſdā vos admonebo, Oportet in primis animas deinde linguas fieri eruditas ſicq; recte & in timore altiſſimi viuere in maliuolam.n. animā & peccatis ſubditā non introibit ſapientia. Cupiditas diſcēdi inde refrenanda eſt, ne ipſa impediat nec paſſim carpēda ſunt omnia nec auide inuadenda vniuerſa per partes peruenitur ad totum aptari onus viribus debet, nec plus occupari q̄ cui ſufficere poteſtis non q̄tum vultis ſed q̄tum capitis hauriendum eſt bonum habeatis animum cupietis q̄tum volueritis quædā ingenia facilia & expedita ſunt, quædam manu (vt aiunt) facienda Xenocrates Calcedonius Platonis auditor hebes erat ingenio et tardus adeo vt cum illo Plato Ariſtoteli conferret alterum freno, calcaribus alterum egere diceret & tñ eminentiſſimus factus eſt Philoſophus, craſſiſſima.n. ingenia propter ſtudij aſſiduitatem & vehementiā ſæpe efficaciſſima viſa ſunt fieri vtq; ait ille poeta ſtillicidij caſus lapidem cauat. Deinde illud videatis ne multorū auctorum lectio & omnis generis voluminum vos detineat, vt enim Senece placet certis ingenijs immorari et innutriri oportet ſi vultis aliquid trahere q̄ in animo fideliter ſedeat. nuſquam eſt qui vbique eſt in peregrinatione vitam agētibus hoc euenit vt multa hoſpitia habeāt nullas amicitias Idem accidat neceſſe eſt his, qui nullius ſe ingenio familiariter applicant. ſed omnia curſim & properanter tranſmittūt, qui modo deſtinauit peruenire quo vult vnam ſequat viam, nō per multas vagetur, nō ire iſtud ſed errare eſt diſtrahit animum librorum multitudo, probatos itaq; & bonos habete eoſq; ſemp legite & ſi quando ad alios diuertere libuerit. ad priores redite. Sūt etiam loca quædā & habitacula quæ vir ad ſapientiā tendēs declinet tanq̄ aliena bonis moribus de ſeceſſu.n. cogitans nunq̄ (vt aiunt) canopum eliget quamuis neminem canopus eſſe frugi vetet ne baias quidem vitiorū diuerſorium illic ſibi plurimum luxuria permittit, illic tanq̄ aliena licentia debeatur locoq; magis ſoluit animus, vitāda eſt etiam ſociorum multitudo & turbe cōſortium, inimica enim eſt ſtudio (vt inquit Seneca) multorū cōuerſatio. nemo nō aliquid nobis vitium vel commodat vel imprimit. aut neſcientibus allinit nihilq; eſt q̄ eque animos pro gymnaſiorū a ſtudio diſtrahat atq; alienet. Maxime etiam ad rem pertinet, habere bonos præceptores. nā rudis teſta diu & ſaporem quo primū imbuta eſt retinet & odorem. Græca narrat Hiſtoria Alexandrum orbis dominatorem & moribus & inceſſu leonidis pedagogi ſui nō potuiſſe carere vitijs quibus ad huc paruulis fuit infectus Procliuis eſt enim malorū emulatio vt quorū virtutes aſſequi nō poſſis cito imiteris vitia Quærite itaq; bonos & nō tm̄ paratos diſcētibus ſed etiam obuios & familiares quos audiatis quibus cū poſſitis omnia loqui omnia conferre, habet enim primum viua vox (vt ait Hieronymus) neſcio quid latentis energie & agilitatis nā homines magis oculis, q̄ auribus credunt vnde nulla res magis animos ad honeſta inducit, dubioſq; & in paruum inclinabiles q̄ rectū q̄ bonorū virorū cōuerſatio, paulatim.n. deſcēdit in pectora & vim præceptorum obtinet frequenter audiri aſpici frequēter nec facile dixerim quemadmodum proſit ſicut id intelligam profuiſſe minuta quædā (vt Phedron ait) animalia quum mordent non ſentiunt adeo tenuis illis & fallens in periculū vis eſt tumor indicat morſum et in ipſo tumore multum vulnus apparet, idē vobis in cōuerſatione præceptorum eueniet, non deprahendetis quemadmodū & quando proſit profuiſſe depræhēdetis. Zenonem Cleantes non expreſſiſſet ſi eum tātummodo audiſſet. vite eius interfuit ſecreta ꝑſpexit, obſeruauit illū, an ex formula ſua viueret, Plato & Ariſtoteles & omnis in diuerſum itura ſapientum turba plus ex moribus q̄ ex verbis Socratis traxit Methodorū & Hermacum & Pollienum magnos viros nō ſchola Epicurei ſed contuberniū fecit. Poſtremo vt Attalus clariſſimus Philoſophus dicebat, illud eſt maxime neceſſariū vt docēti & diſcēti idē ſit propoſitum. vt ille docere vellit hic ꝓficere, nolite cōmittere vt codices habeatis eruditos ipſi ſitis inerudit nec ſciſcitari ſi dubitatis nec caſtigari ſi errabitis ſit pudor cōflictatio quoq; tanq̄ paleſtra ingeniorum neruos animi tū oſtēdit, tum excitat, tum adauget quum librum aliquē legitis conabimini poſtea memorie vegetāde gratia indipiſci animo ac recēſere quæ in eo libro ſcripta ſunt. in vtraſque eſtimationes laudis aut culpe annotamētis digna. erit que hoc ſane q̄ vtile exercitium ad cōciliandas vobis vbi venerit caſus rerum ſentētiarumq; recordationes inopinabileſq; materias adordiri aliqñ & tractare quæratis. quemadmodū olim Phauorinus philoſophus oppido q̄ libens Gellio teſte in eas materias dicebat vel ingenio expergificando ratus idoneas vel exercēdis argutijs vel edomādis vſu difficultatibus ſicuti cum Therſitis laudes quæſiuit Et quum febrim quartis diebus recurrentem laudauit intēpeſtiua ſtudia fugite nā & ingenium extinguūt & valetudinem vehementer offendūt. Aurora ſtudijs apta eſt & amica. Hinc Plinius ſecundus in Epiſtolis quæris quēadmodum in tuſcis dies eſtate diſponam, euigilo quū collibuit plerūq; circa horam primā ſepe ante tardius raro. Clauſe feneſtre manent, mire enim cū ſilentio & tenebris animus alitur. Et ab his auocant abductus & liber, & mihi relictus non oculos animo ſed animum oculis ſequor, qui eadem quæ mens vident, quoties non vident alia. Accedant prædictis cōplures ſalubres ſanctæq; admonitiones quas Baſilius & Paulus Iuſtinopolitanus in eorū opuſculis de ingenuis moribus & liberalibus ſtudijs cōgreſſerūt, Diſponite itaq; animos ad ſtudia parate vos ad ꝓfectū veſtrum

excutite ab oculis vestris negligentię somnum, iã satis dor
mistis, expergiscimini vt errores depellatis. & scientiam in
animis vestris inducatis. Me non tantum paratum discēti-
bus sed obuium inuenietis. Docebo implicita soluere. am
bigua distinguere. obscura prospicere. nec quæ scio mali-
gne dispensabo. quo diutius sim necessarius, nulla me res
delectabit licet eximia sit quam mihi vni sciturus sum cu-
pio si possem in vos omnia trãsfundere. & in hoc gaudeo
discere vt doceam. Efficiam hercle q. cognoscetis operam
& oleum (vt aiunt) suo magistro non penitendo minime
perdidisse, Deum omnipotentem præcor & obsecro vt
vestris studiis ꝓsperos successus concedat & donet. Dixi.

EX RVBRICA PROOE-
MII DIGESTORVM.

Sequitur Rub. ipsius Prooemij.



VEMADMODVM * 1
physicorū prio vltramūdanus
scribit Aristoteles, tunc vnum-
quodq; cognoscere arbitramus
quum causas cognoscimus pri-
mas. & principia prima vsque
ad elementa ex quo manifeste
ostendit in scientiis esse proces-
sum ordinatum prout proce-
ditur a primis causis & proxi-
mis, vsque ad proximas causas.
quæ sunt elementa constituentia essentiam rei. Et hoc ra-
tionabile est, nam processus scientiarum opus est rationis.
cuius proprium est ordinare, vnde in omni opere ratio-
nis ordo aliquis inuenitur secundū quem ab vno in aliud
proceditur. auctor est sanctus Thomas in ꝓœ. super de
cœlo & mundo. Bene est ergo, bene conuenit priusquã
ad scientiam perueniatur, modum docendi & ordinem
præscribere * quo per ordinem intellecte res magis dele- 2
ctent animos sensum illuminent, & memoriam reddant
clariorem, ideo vt ait hic Bal per modum epistolaris pa-
gine Iustinianus quibusdam legum professoribus scribit.
modum & ordinem docendi, tradendique iura statuēdo.
Verum quia omnium entium vnum est summū & prin-
cipium a quo cuncta dependent. ꝙ est causans & non cau
satum, vt deus qui est eternus a nullo dependens c. j. de
sum. tri. * causa enim prima vt in libro de causis Philoso- 3
phus ait. est omni narratione superior, non cessat illumi-
nare creatum suum & ipsa non illuminatur lumine aliquo
quoniam ipsa est lumen purum supra ꝙ non est lumen
aliud. Cętera vero causata dicuntur & causæ. Quum ve
ro causatorum volumus habere plenam notitiam inqui-
rimus causam, quum (vt dictum est) scire sit rem ꝑ cau-
sam cognoscere facit. c. intelligentia de verb. sign. Solent
propterea doctor. in principiis operum quærere de causa
materiali, formali, efficienti, & finali * prout etiam docet 4
Arist. physicorum. i. de quibus quatuor causis etiam in. ij.
physi. tractat commento. xxviij. & pariformiter habetur.
xxxij. q. ij. ꝙ no. de consec. dist. ij. quia corpus & c. panis.
& dist. iiij in synodo. & de celeb. mis. in. c. in quadam. &
xxiij. q. v. de occidendis & c. non frustra et de sum. tri. c. j.
§. vna. vbique oēs doct. cōcordant, quatuor de quibus su
pra huius libri causas esse. Circa causam materialem de
qua primo facta est mētio. tam apud nos q̃ apud natura-
les Philo. multipliciter cōsideratur materia vt per Burleum
in. iij. trac. iij. physicorum. Moder. assiē in tract. forme & so
lēni. fo. x. Item materia seu causa materialis alia proxima,
quædam remota seu alia mediata, altera immediata. vt de
clarat Bar. in l. j. col. ij ff de actio. & obl Bal. in. l. ex placito
q j. C. de rerum permu. materia actionis personalis est ob
ligatio. obligationis est contractus secundum Bar. ex quo
sequitur materiã proximã actionis esse obligationem. ma
teriam vero remotã ipsius actionis esse cōtractū simile in
grano ꝙ est materia farine proxima & farina est materia
proxima panis ex quo sequitur ꝙ granum sit materia re
mota panis. vt p Bal. in rub. j. de iust. & iur. Et causa imme
diata seu proxima magis imprimit ac influit q̃ mediata
& remota. & attendit apud * nos. & apud naturales l. so- 5
cium qui in eo. ff. pro socio. tradit Bal. in præalle. q j. Exē-
plificat naturaliter in planta prune. in qua si inferatur ra-
mus piri deferet ramus ille pira. tanq̃ ꝓducta a causa pro-
xima & immediata q̃uis ab arbore prune capiat nutrimē
tum. de materia tamen latius vide p Bar. in l. vxori. ff. de
auro & ar. leg. Dec. in c ij. col. xij. de prob pulchre in auc.
prętera. in. ij. limi. vij no. C. vnde vir & vxor. Nunc ad-
uertēdum est quia aut quęritur quæ sit materia libri & cō
pilationis aut quę sit materia scientiæ & cōsequenter ꝙ sit
subiectum huius sciētię. differūt. n. hæc vt declarāt Io. fab.
in prooe. institu. col. iij. & Abb in prooe. Grego. colum. ix.
Causa materialis proxima ipsius cōpilationis sunt leges
constitutiones

cõstitutiones & decisiones ex quibus hi libri cõstãt. Causa
materialis scientiæ aliud est vt declarat Azo. in prin sum-
me, qui secundum Albe. & Bal. in rub. sequentis titu. po-
suit in hac materia verba satis obscura. eo quia de more
6 prudentũ est * obscure & acriter qñq; loqui, vt exerceat
ingenium, oportet enim intelligentem phantasmata specu
lari sm Philo. iij. de anima. Et ob id redemptor noster in
parabolis locutus est. vt declarat sanctus Tho. in. j. q. j. par
tis, aliquando etiam studiose obscurius locuti sunt glosse-
matum auctores, vt posteros mussare facerent. & ne diffi-
cultates legales cõmunes cum idiotis redderẽtur, vt Pau.
castr. se audiuisse Bal. ita exclamantem testatur in l. iurisgẽ.
§ quinimmo. vbi etiam Ias. col. viij. ff. de pact. Dixit ergo
Azo ius nostrum constare ex triplici materia generali,
communi, & propria, declarãdo vt per eum quem multi
probant, aliqui saluant, vt hic late per Albe. Bal. in rub.
secundi subsequentis tit. Cald. in repet prooe. decr. Imol. &
alios in rub. ff de verb. obl. & Fabrum in prooe. instit. In
effectu mens Azo. recte intellecta iudice Bal. supra relato
fuit q bonum & malum & voluntates hominum. idest
quoddam neutrum sunt materia gñalis huius sciẽtiæ quia
si non essent actus hominum scientia non esset, hinc est q
7 Abb. & Fel. in prooe. rex pacificus ponũt * q si homines
ratione regerentur, necessarie non essent leges. ibi etiã tra-
ctant, an ita bene quis viuere possit, q non subiiciat legi.
Materia communis est rudis equitas & ius approbatum
q est materia artis nostre & causa essendi. Materia propria
huius scientiæ est ius enucleatum seu limatum. quod hac
in compilatione continetur. Est. n. hæc materia purgata
& digesta, vnde sicut cibus digestus est immediata cã ma
terialis nutritionis, sic iura purgata sunt immediata mate-
ria ex qua hæc sciẽtia dr. Sed quia cõtra Azo. licet Bald.
eum nitatur defendere, multa alia adducũtur argumenta.
per Albe. Cald & Io. fab. præallegatos forte melius bre-
uiusque est dicere ex sentẽtia Io. fab loco prędicto. q vnũ
est subiectum. i. materia ex qua aliquid fit vt vas fictile de
terra. vel inquam vt albedo in pariete, ideo subiectum hu
ius scientiæ dicit esse iustitiã. bonum autem & equum nõ
sunt nisi qualitates iustitie, quæ semp bona est & equa. l. j.
ff. tit proxi. faciunt quæ ibi in vij. not pulchre scribit Fort.
garg. Ex quibus colligitur q non summitur subiectum
& materia p eo in quo est scientia quia quum oẽs sciẽtiæ
sint in intellectu sequeretur q omnium scientiarũ vnum
esset subiectum, q est falsum. quum scientiæ per subiecta
distinguãtur, dicit ergo subiectum vel materia id de quo
tractat. vel circa q principaliter versatur ipsa scientia sm
Calde in loco præallegato col. ij. Abbas vero post Ioã.
de lignano in prooe. Grego. circa fi prime lect. dicit subie-
8 ctum in legali scientia * est homo politicus dirigibilis cõ-
stitutionibus legalibus in bonum simpliciter. humanum.
Causa formalis secundum Bal. in vlti. col rubr. sequentis
tit est ipsa legum & operis forma, quum et lex appelletur
forma a quo nõ licet recedere. l. cõstitutionibus ff. ad mu-
nici. l. certa forma. C. de iure fis lib. x. Et ipsa forma operis
est modus tractãdi q in qualibet sciẽtia reperit. & est tri-
plex. diffinitiuus scilicet diuisiuus, & exẽplorũ positiuus.
sequitur simpliciter Mod astẽ. tract. præal fo. x. ad fin. De
qua forma tractãdi latius per Cald. loco præal. col iij. Al-
ber. hic ad fi. vi. col. Seue. in tract. de modo studẽ. col vlt.
Abb. in prooe. Grego col. ix. & x. vbi etiã ait q quærere
de modo agẽdi in principiis librorũ vt plerũq; faciũt. ni-
hil aliud est nisi quęrere de cã formali, vt pdicta ostẽdunt.
Causa efficiẽs põt dupliciter cõsiderari immediate & me-
diate loquẽdo tamen de causis secundariis & specificis, nõ
de causis primariis & vniuersalibus, quę cõcurrũt cũ aliis.
nam secundum illas dicemus q deus fuit causa efficiẽs cu-
ius spiraculo oẽs leges &c. quæ ad reip rectam guberna-
tionem pertinent sunt promulgate. §. quia igitur. in auctẽ.
de insti. cau. & fide. plene tradunt scribentes quos allega-
bimus apostillando principiũ nigri super verbo pręsentẽ
diuinam orõnem. Attẽtis ergo inferioribus causis adhuc
põt considerari duplex causa efficiens immediata vt dixi-
mus & mediata. causa immediata efficiẽs fuerunt sapiẽtes
iureconsulti in inuẽtione & legum cõpositione huic cause
accedunt cõpilatores quos Alb. hic causam pximã fuisse
scribit, q verum credas respectu cõpilationis. Causa me-
diata potest dici Iustinianus, qui hoc eis mãdauit cõmisit
& confirmauit ratione cuius confirmationis potest dici
causa efficiẽs, omnia. n. nostra facimus quibus auctoritatẽ
impartimur. l. j. § omnia. C de vet iu enucl. l. more. cũ ma
teria. ff de iur. om iudi. de hac causa efficienti tractant hic.
Albe. col. vj. in præal. rub. col. fi. Seue. in trac. prædicto. col.
xv. vsque ad fi Abb in prooe. Greg. col. ix. Mod astens. in
trac. de forma fo. iij. referendo Philo. sententias. Causa fi-
nalis sm Alb. hic col. vij. duplex est, vna proxima scilicet
bonum regimen hominum. l. leges sacratissime. C. de le-
gibus. c. facte sunt leges. iiij dist. altera remota scilicet beati
tudo ad q̃ omnes sciẽtiæ finaliter ordinantur. vt. ff § disci
puli. ibi in omni euo felices & latius distinguit Abba. in. d.
prooe. col. ix. aliter & pulchre psequitur Azo. col. iij. loci
prædicti Bal. vero loco etiã pcitato elegãter dicit causam
finalem esse triplicem in homine vt sit bonus, & hoc pti-
net ad ethicam, ad hominẽ, vt quis bene regat familiã, &
hoc ad economicã ptinet ad rẽpu vt respu gubernet. et sa
lubriter regatur. & hoc ptinet ad politicã. Regimen vero
abbatis ad monachos est economicũ. regimẽ epi ad subdi
tos politicũ, licet quo ad suos canonicos economice sup-
ponat. Et horum diuersa est & ratio & disciplina. sicq; ius
nostrũ applicat sibi totã moralẽ philosophiã * q cõfirma 9
p ea quæ pulchre scribit Pau. de ca. in l. j sequentis tituli in
princ. Viso de causis libri sequit videre * quæ auctoris 10
fuerit intentio, & quæ vtilitas, quæ cum causa finali idem
esse videtur sm opi. Abb. loco pralle. Circa quæ duo vi-
denda sunt pulchra elegãtia q̃ Azo. verba loco prædicto
vbi optime quæ fuerit intẽtio & quæ sit vtilitas declarat.
Nomẽ libri est pandectarũ seu florũ. de quorũ ethymo-
logia dicet in nigro. De nomine auctoris dicendũ est vt
circa causam efficiẽtem diximus Supponitur aũt * ethice 11
idest morali philosophie. ethos. n. græce prima correpta
morẽ significat ycos scientiã & sic moralẽ scientiam, facit
q circa causam finalem dictum fuit. & de hoc vltimo late
posuit Cald. diuidẽdo & subdiuidẽdo philosophiam in. d.
prooe. decre. col. iiij. Diuidunt hanc rub. * Bar. & Bal. di- 12
uersimode. & aliter Signorolus qui eam repetiit, vt inter
eius cõsilia reperit nu. 129. Ego perfectius diuido in qua-
tuor partes in prima diuini numinis præmittitur inuoca-
tio. In secunda nomen mittentis epistolam subiicitur, cũ
nominibus imperiali culmini & agnominibus eius glorię
cõuenientibus & hoc est melius dicere q̃ cognominibus
vt facit Bar. iuxta notata p gl. approbatã in. §. si qs in no-
mine insti. de leg. In tertia parte ponũtur eorum nomina
quibus imperator scribit cum nominibus dignitatum sm
Bal. & est melius q̃ dicere vt facit Bart. cum cognomini-
bus nam illa verba illustribus & antecessoribus non sunt
cognomina sed dignitatum gradus In vltima ponit salu-
tatio. secũda est ibi imperator. tertia ibi theophilo. quarta
ibi salutem. De significatione tamẽ nominis pprij aliter
q̃ communiter intelligamus declarat Alci. lib. iiij. disp. c. j.
Multi doct primam partem de inuocatione diuina non
habuere vt Bal. Alb. & Signor. vt ex eorũ scriptis cogno
scitur. & ita est in pãdectis floreñ. teste Bolognino in prin
cipio suarũ interpretationum. Bar. vero & posteriores ha-
buerũt, q̃uis sit quęstio * An Bar. scripserit sup hoc lib. j. 13
& cõis est sententia scribẽtium q non. excepta repe. l. oẽs
populi. vt per Alex. in rub. ff de acqui. hered. & Iaso. in l.
quidam cum filium. ff. de verb. obli. col. pe. & fi. sed qcqd
præfati dicãt semper allegamus Bart. in prooe. digestorũ.
& q vere * sit commentum Barto. probat mihi ipsemet 14
Barto. in. l. legatis seruis. in princ. ff de legat. iij. Ex prima
parte rub. colligit Bar. * no. de inuocando diuino nomi- 15

ne.allegando concor.alias ponunt Alex.Ias.& alij in rub.
ff.de ope.nou.nunc & Bal.in rub.C de reb.cred.ad quod
præcipue not.est ille text.in.c.non liceat.xxvj.q v. omnia
& quæcunq; facitis in nomine domini Iesu Christi facite.
16 Sed non tangit Bar. * an talis inuocatio sit de substantia
scripture & instrumenti.concludunt communiter docto.
q non in dicta rub.de nou.ope.nunc. & Feli.in c.ij col.ij.
de fide instru. vbi ampliationes inuenies & limitationes.
Effectum ex ipsa inuocatione result intem subdit Barto.
alios ponit Bald.pulchre in rubr.C.de reb.cred Alber.in
rub.sequentis tituli.Ias.& Aquē.in rub de nou.ope nun.
Sunt ista consulentibus documento vt ab inuocatione
diuini auxilij auspicentur & eorū incipiant consilia prout
excellētes fecere iurisconsulti Soci senior. semper est vsus
illo disticο.Cōsilijs nostris trinus Deus optimus adsit. Vt
phas perpetuo sanctaq; iura loquar. Tāgit postmodum
Bart.quæstionem antique glo q; dicit communiter non
haberi.dicit esse eam in rub titu.sequētis per errorem po
sitam, hic enim esse debuit. Quomodo est possibile inuo
cationem Iesu Christi hic factam fuisse quum oēs iste leges
p paganos sint composite.respondet post glo.Bar inuo-
17 cationem fuisse factā a Iustiniano in compilatione * nō p
iuriscōsultos paganos quibus id facere non licuisset, quia
non credebat in Christum & nō credentes nō possunt in-
uocationem prædictam facere tanq; in contemptū faciāt
& ista approbatur per Alex.& alios in rub.de nou.oper.
nun col.j. Aduertas primo quia nō probant gl. & Bar.
q iureconsulti essent pagani Bar in rub præalleg id pro-
bat eo quia fuerunt ante Christum.Parpa hic dicit Pau &
18 Vlpianum fuisse post Christum. Nos dicimus * fere oēs
iureconsultos quorum monumenta apud nos extant. &
quorū legibus vtimur post Christum fuisse Lampridius
in Alex. seuero vigesimoprimo ab Augusto Romanorū
Imperatore ad calcem libri sic habet. Et vt scias q viri in
eius consilio fuerint Fabius sabinus sabini insignis viri fi-
lius Cato temporis sui Domitius Vlpianus iuris peritissi
mus. Elius gordianus gordiani imperatoris pater. & ipse
reuera vir insignis.Iulius Paulus iurisperitissim⁹. Claudius
venatus orator amplissimus. Pompo. legū peritissimus.
Alphenus aphricanus florētinus. Martianus. Calistratus.
Hermogenes venuleius triphonius Metianus, Celsus. Pro
culus Modestinus. hij oēs iuris professores discipuli fuere
splēdidissimi Papiniani & Alexādri imperatoris familia-
res & socij.isti sunt q bonū principem fecerūt floruit hic
Alex.vt ex Orosio Eusebio Cæsariensi & alijs historicis fa
cile cognoscit. circiter annū christiane salutis.ccxxiij.ppi-
tius christianis, ita vt templū Christo edificare, eūq; inter
deos recipere voluerit testis Lampr. loco præal Itē Sabi-
nus senior, Cassius longinus Nerua filius Celius sabinus.
Pegasus, Priscus iabolenus Celsus pater, Celsus filius Ne-
ratius priscus. Abunius valēs. Tuscianus & Saluius Iulia-
nus.none floruerūt oēs sub Tyberio et Vespesiano vt ex
l ij.in vlt col disces.ff de ori iur. & sic post Christum q na
19 tus est sub Augusto * & passus sub Tyberio vt tam ex le
ctione sacri euangelij q; ex Orosio lib.vij & alijs historicis
patet.& sic oēs fere iurisconsulti nostri post Christū fuere
quicquid Bar.& præfati dixerint ideo & Lazari resurre-
20 ctio & excommunicatio iurisconsulti. * nota esse potuerunt.
quicquid dicant Bal in.l.iura.ff de legi.& Feli in.c.pruden
21 tiam in §.sexta de offi.dele. * non tamen credo illos fuisse
christianos quum Domini sub quibus floruerunt eius p-
fessionis non essent. nam imperium christianum excepto
Philippo a Costantino.xxxiiij com.imperatore cepit vt p
Orosium lib.vij.cap.xiij &.xviij.& Lactan.firmi in prin
cipio operis.& qualis est dñs talis præsumitur familia. fm
22 Bal.in.l.ij C.si rector * prouin. vbi propter caput suspe-
ctum dicit totum collegium posse recusari.mutat enim to-
tius familie status si quod in membris quæritur in capite
non inuenitur ca.miramur.lxj distin facit tex in.l.q si no
lit in.§. qui mancipia. cum ibi not.ff.de edil edict. & quæ

de capite pulchre scribit Soc.in consi.vij col.j.vol j.& Fel.
in.c cum non liceat de præscrip. Secundo aduerte circa
rationem Bar. dicentis posito q iurisconsulti pagani fuis-
sent.non potuisse inuocare diuinum numen quia in con-
temptum.contra d.l iudeos.C.de iudeis. non stringit hæc
rō iudice Parpa.tum quia nundum facta erat lex illa,tum
quia christiana religio nundum fundata erat.c.futurā.xij.
q j ergo si inuocassent non militasset ratio Bart quem tū
ipse approbat posito q omnes fuerint ante Christū quia
✠ nomen Iesu ab angelo impositum fuit Math cap.j. & 23
Luc.ij.ideo iureconsulti huius diuini nominis cognitionē
non habuerūt, ita vt inuocare potuerint, erat enim ineffa-
bile.nec a quoq; poterat nominari. vt p Iacobum de vallē
tia super psalmo:Domine dñs noster q; admirabile est no
men tuum.de quo pulchre Lactan.lib iiij de vera sapien-
tia.c vij.&.xij.vbi pariter declarat ethymologiam verbi
Iesu & Christi, idē facere Albe.inuenies in verbo Christus
& in verbo Iesus in fine dictionarij. Et vocabis inquit An
gelus Marie nomē eius Iesum non dicit impones fm Ni-
cola.de lira quia hoc nomen non fuit impositum a Maria
ab Angelo ve sed a Deo vt habetur apud Isayam prophe
tam.c lxij.vocabit tibi nomen nouum, q os Domini no
minauit & p Angelum vulgatum fuit. & secūdum pprie
tatem futuram impositum.Iesus.n.secundum Hiero salus
quæ per Christum futura erat nuncupatur. Sed quia sal
uatio Parpa. nullatenus subsistit.quum probauerim oēs
iurecōsultos quorū monumēta extāt fuisse post Christū,
ideo sine scrupulo dicas inuocationem istam Iustiniano
ascribi ✠ secundum Bar. quem alij sequuntur in præalle. 24
rub.de ope nou.nunc l.comprobatur quia ponitur super
hac constitutione quæ est Iustiniani & secundum Bald. in
prin.nigri nō dicitur esse de ff sed præter digesta. & ibi in
titu non dicit. Ex prædictis infert Bart. ad quæstionem
✠ de tabellione seu notario conficiente instrumētum inter 25
iudeos vt Iesu Christi nomē possit inuocare exemplo Iu-
stiniani hic,immo est hoc necessitatis vt per scrib in rubr.
de nou.ope.nun Ias. & alios in rub tit.sequentis & Felin.
in.c.ij.col ij.de fi instru. Subiungit Bart.quæstionem de
iuramēto iudei concludēs primum q licet iudeus Christi
nomen assumere non possit ✠ nec p Christum iurare, si 26
tū id fecerit, cogitur ad obseruantiam iuramenti. sequitur
Parp.per ea quæ dicuntur in l.a patre furioso infra de his
qui sunt sui vel alie.in multa facta tenent quæ fieri prohi-
bentur cum Bar.asserit transire Feli. in.c fi. col fi. de iude.
est verum Feli.ibi tenere hanc conclu sed dicit Bar hic sen
tire contrarium.& si in hoc errore sit lapsus.Ioā de anna.
ibidem col.vlt sequitur Bar. & pulchre magis Ang.aret.
in proœ.insti col iij. Sed oppositum dicendum videt p
ea quæ scribit Roma in consi.clv.ad fi. & Ias in l.iij in §.
iurari col.iij.ff.de iureiu. consuluit Roma. q licet iurauerit
iudeus secundum legem mosaycam non tamen cogēdus
sit ad obseruantiam iuramenti. ea enim fit propter anime
periculum iudei sunt perditi, ergo de his quæ foris sunt ni
hil ad nos.iuribus per eum allegatis. Defendendo Bar.di
ci potest q etiam iudei ad obseruantiam iuramenti cogun
tur per ius ciuile quod eos ligat.l.iudei.C.de iude.dummo
do ergo iuramentū non sit contra ius ciuile cogendi erūt
ad obseruantiam.ad quod pulchre videas Soci.cōsi.lxvj.
col pe.vol.j.facit quod in proposito scribit Paul. castren.
consi.c incip.visa quadam scriptura colum.ij. in antiquis.
Multa autem ad quæ iudei non admittuntur ✠ ponunt 27
Ias.& Aquē.in rubr.sequentis titu.& Angelica in verbo
iudeus. Secundo concludit Bartol.q contrahens vel re-
cipiens tale iuramentum a iudeo peccatum non commit-
tat.& approbatur per Ang. Anna. & Feli præallegatos.
Limitatur tamen vt p Bar.& Alex.in d.§.iurari.vt proce
dat in iuramēto dependente a voluntate iurantis.& sic in
contractu secus in iuramento dependente ab vtroq; vel a
iudice vt decisiuo vel suppletiuo vt per eos Postmodum
Bar.quadā notabilia colligit formādo quęstiones aliquas
quæ

quæ melius cadũt in fi rub. prout Cinus Albe. & Bal. po
suerũt ibi dicemus. Expediẽda sunt in primis verba rub.
cum suis gl. & dictis doct. melius ꝙ scrib. fecerint. Et ante
ingressum ad expeditionem ipsorum verborum rubr. ha
bes scire ꝙ in pandectis floreñ de quibus dicemus in prin
cipio nigri ante ista verba quæ sunt apud nos in fronte le
gitur elegãs & pulcherrimum epigramma græcum ꝙ ex
archetypo floreñ primus in lucẽ edidit Politianus lib. 12.
epistolarum ad Bologninum scribẽs. mox secutus Alcia-
tus libro ij prætermissorum in princi latinum sic faciens.
28 • Iustinianus opus princeps hoc edidit omnis. Quod tri-
bonianus rectori cõdidit orbis Tanq; aliquis varium cõ-
ponẽs alpida magno Alcide, namq; hic fulgent mira oĩa
legum Asteurope, asieq; homines libieiq; subacti. Cũcta
gubernantis domini præcepta sequuntur. In tex rub. ibi
29 imperator • apud romanos imperator appellabatur qui
exercitui belloq; prefectus erat. Cicero i prima oratione,
vbi quæ in summo imperatore requirunt̃ enumerat. nec
quisq; a senatu imperator appellabatur nisi saltem mille
externorum hostiũ occidisset vt in philippicis Cicero in-
dicat. post modum occisio decem millium exigebat̃ vt p
Appianum Alex. lib. ij de bellis ciuilibus fuit inde hic ma
gistratus. & nomẽ imperatoris in eum translatũ qui rom.
imperij gubernacula tenet & regit. sic p in supremã digni
tatem prout hic capit̃. Et ſm Accursium dicitur impera-
30 tor • quia subditis imperat. i. imperare potest secundum
Cinum & Signo. consi cxxix. col iij & sic imperandi po-
testatem habet non autem ab actu qui nec in homine sem
31 per esse potest. • l seruitutes ff. de serui. titu. gene. faciũt quę
hic pulchre scribit Bal col. j de dignitate quæ sępe inuenit̃
in habitu non in exercitio. et de tutore qui etiam quod nõ
administret dicitur tutor. & de ecclesia quondam curata
quæ non perdit nomen ecclesię curatę licet omnis eius po
pulus alio se transtulerit, vel decesserit, est enim cum spe
& aptitudine reparationis. Sed aduertas quia attenta ra-
tione prædictę expositionis pater, dominus, abbas, noĩe
imperatorio possunt appellari, pater enim filijs, dominus
seruis, abbas monachis imperant, iudice Cino imperator
potest dupliciter accipi, vno modo anthonomasice & in-
finite, alio modo determinate, primo modo capitur solus
rom princeps. quia omnibus imperat. l. deprecario ff. ad. l.
ro. de iac. Secũdo modo quilibet dici põt imperator hãc
sol. in effectu tenent hic Albe. & Ang. & Signo. præalleg.
32 Sed canonistę dicit Bal. col. ij. • ponunt papam supra eius
verticem, qui potestatem confirmandi infirmandiq; ele-
ctionem imperatoris habet, & ex causa legitima priuandi
quæ superioritatis argumenta inquit esse canonistarum,
33 quæ est communis conclusio • ab ecclesia dependere im
perium vt p doc in. c. nouit. in glo. ij de iudi. & dicit Pre-
positus. in c. causam quæ. el ij. ad fin pen. col. qui fil. sint le
gi. ꝙ licet demonstratiue rationes fieri non possent. tamen
sufficit ita esse obseruatum. l. minime. ff. de legibus plenius
quæstionem hanc tangit Car. Alex. in. c. cum ad verum.
xcvj dist. per. xiiij. col vbi respondet argumentis florẽtini
poete qui ab ecclesia non dependere imperium asseruit.
multaq; alia quæ in contrarium adduci possent confutare
conatur. facile hercle esset in puncto iuris opinionẽ cõtra
ecclesiam tueri at defendere, sed durum est cõtra stimulũ
calcitrare, transeamus ergo cum aliis et si Petrarcha in lib.
suo ẽparum sine ti. ẽpa. iiij. quæ incipit apud te cũ epistola
sequenti apud pop rom. cõqueraẽ. qui cuidam ciui suo q
affirmauerat imperium rom. etiã nũc Rome & penes po.
rom. tãtum esse iustę defensionis facultatem tolli perireq;
pateretur. ipse vero ibi defensionẽ illius assumpsit & pro-
bare nititur sed nõ est a prædictis recedendũ. Propterea
dum in solu. prædicta dicitur ꝙ imperator omnibus im-
perat & nemo sibi, intellige papa excepto, q in terris vicẽ
34 dei gerit. & nec deus est, nec homo, • vt per glo. in prooe.
cle in verbo papa Bart. vero hic aliter soluit oppositionẽ
elegantem ponens theoricam. cuius ſm membrum ad so-
lutionem oppositionis non spectat sed Bar. posuit vt ma
teriam perficeret. Ex doctrina Bar. colligas primo cõclu-
sionem ✠ ꝙ nomina verbalia ſm nomen verbi significãt. 35
intellige a quo formãtur & descendunt. l. tugurij cũ glo.
ff. de verb. sig. in qua materia an & quomodo arguere li-
ceat scribit late Feli in prooe. decre so. iij. Secundo ex di-
ctis Bar. colligo ꝙ nomina verbalia significãtia dignitatẽ
vel exercitium vbi solus actus exercẽtis nõ sufficit. sed ex
alio dependẽtiam habent. exercitium illius actus verbalis
non habet inducere effectum illius nominis, exemplũ in
doctore, non sequit̃, docet quis, ergo doctor est. oportet
enim q. fuerit doctoratus insignia assecutus. ideo cessante
illo preambulo nõ dr̃ docto. sequuntur cõmuniter scrib.
in c. j in vlt col. de iudi. Ex quibus ✠ infert Bar. in propo 36
sito principali ꝙ imperator dignitatem habet quæ nõ de
pendet ex solo nomine. sed etiam ex quibusdam præam-
bulis vt ex electione & coronatione c. per venerabilẽ de
elec. licet ergo quis imperet vt pater, dominus, abbas, im-
perator non dicit̃. habito respectu ad dignitatem sine illis
prçambulis. quæ in prędictis minime adsunt, & cõiter ap
probat̃. vt. n. inquit Dec in. d c j. in. ij. lec. col pe. istis casi-
bus in plus se habet ethymologia q̃ vocabulum, ideo nõ
valet huiuscemodi argumẽtatio. • Feli. in prooe. Grego. 37
col. viij versi. tertius modus. Et incidẽter pondera velle
Bar. ꝙ ante coronationem non sit imperator ✠ ꝙ clarius 38
exprimit ad finem istius rubr vbi voluit ꝙ dicat̃ tm̃ Rex
romanorum, post coronationẽ imperator siue princeps.
immo ſm Bal. hic col ij. dr̃ princeps optimus maximus,
& rex regum, sicq; videtur priuilegium ab eo ante coro-
nationem concessum non valere, nec similiter eius gesta te
nere • ad ꝙ est glossema Accu. in l. fin. ad fi. super verbo 39
insulas. C. de quad. præscr. per tex. illum, sequitur Fel in. c.
eam te. col. ij de rescri. dies enim coronationis. ✠ ortus est 40
imperii l. omnes cum glo in verbo ortus C. de fer. Scri-
bentium tñ communis conclusio est in contrarium ꝙ va
leant gesta omnia p eum post electionem coronatione nũ
dum facta vt p Are. in prooe. inst. super verbo imperator
col. iij. Signo. consi. cxxix. Præpositum mediolaneñ. in. c.
per venerabilem col. lxxxix. versi. quæro quarto cũ seq.
qui filii sint legi. Soc consi. 63. col. j volu. 3. Fran cur. post
tract. seu in cõsi. j col. 13. Deci consi. 194 vbi refert Corn.
in plerisq; consiliis idem tenuisse. hanc opini. dicit esse cõ-
suetudinẽ approbatam ipse Deci. in c eam te. col ij. de re-
scri. Et pulchre Cor. consi. clxxvij. vbi romanorum impe
ratorum citat exempla qui non coronabantur & tñ erant
imperatores, ꝙ etiam prosequitur in sua monarchia Pe-
trus de monte. Et sic aliqua pontificis confirmatio nõ exi-
gitur vt post Innoc. vult Signo. consi. 129. col. v. nec ob.
ꝙ contingere posset absurdũ eligi quempiam hereticum
minusue idoneum, nam huic motiuo respon. Præpositus
vbi. s. col. 93. versi. nõ obstat quarta opinio, hostiẽsis hãc
quæstionem examinat pulchre Salic. in l bene a Zenone
de quadrien. præscri. Card Alex in. c in nomine domini.
xxiij disti. vbi pariter tãgit vtrum summus pontifex ante
coronationem & intronizationem possit administrare.
Ad quæ oĩa vide Iaso cõsi. 145. col. 4 in. vij fundamento
volu. 2. Deci in consil. 558. Parisi. in consil j lib. 2. Probat
etiam ibi Signor. ꝙ recte ante coronationem imperator
nuncupetur ✠ quamuis moris non sit, facit quod Cor. re- 41
ferẽdo diximus appellari antiquitus imperatores & si nõ
coronarentur. Ex ✠ quibus inferi posse videtur parum 42
operari coronationem. Sed immo multũ propter sacram
vnctionem & cõsecrationem de quibus in cle. vnica vbi
Barb. § si col. 2. de iureiu. Et de tribus coronis ✠ quas im
perator capit, quæ, quales sint, quid designent, & vbi ca- 43
piant̃, late tradũt Signo. & Petrus de monte p̃allegati, &
scribit elegãter Bal. consi 359. volu. j. ꝙ antiquitus florẽte
romano imperio inuisibilis corona imperialis a Deo im-
poni dicebat̃, materialis vero & visibilis ipsa infula impe-
rialis erat. de qua in. l. bene a Zenone in fine. C. de quadr.

tussum fa. test. vbi Iustinianus Iustinum patrem suum appellat. sed quia ad oppositum videtur tex. in c. librum habeo. xvj. dist. vbi dicitur q̄ Cōstantini filius fuit. vacillant doctores antiquitatis & historiarum ignari. Bar. Bal & Alber. hic & Signo. consi. cxxix. colum iij. dicunt hunc Iustinianum vere Iustini filium fuisse per dicta iura. & de alio Iustiniano loqui. ca. librum habeo q̄ non negamus. fuit enim secundi Constantini filius Constantinopolitanus. vigesimus septimus imperator q post patrem suū Constātinū scdm imperauit prima vice annis. x. homo bonus, prudens, & catholicus. deinde in feram bestiam cōuersus imperio priuatus fuit, naribusq; mutilatus & in exilium missus. postea restitutus recuperauit imperium vt moderniores scribunt historici. & in supplemento cronicarum libro decimo traditur. Iustinianus autem noster. xviij. fuit Constantinopolitanus imperator & romanorum. xlix. Pau. diaconus lib 17. c. 3. sicq; præcessit Iustinianus noster Iustinianum Constantini filiū mediis decem imperatoribus. Errant tñ doc. Iustinianum nostrum vere Iustini filiū fuisse asserentes, fuit enim nepos ex sorore Iustini. de patre naturali apud historicos nulla est mentio vt ex Paul. diacono & historicis præalle. colliges. Verū vt plenior huiusce historie habeatur notitia. plures Iustini imperarunt, vt docent historici. Iustinus de quo hic est sermo primus fuit & senior. eratq; trax. de quo Pompo lib. ij. de vitis imperat. sic ait Iustinus trax. sine imaginib' sine tribu. vtroq; parente ignobilis a teneris annis suū custos, deinde bouū. post ligna marij cuiusdam magister. natus annos. 16. militare cepit manu promptus & doctus hostem ferire. forte mutauit princeps ordinis fuit. & hinc ꝓmotus comes factus est. & mortuo Anastasio creatus imperator in oriēte ipse Iustinus sororis suæ filium Iustinianū cōsulem fecit cū Valerio collega. anno eius imperij nono calēdis aprilis Iustinianum adoptauit cōsortem imperij fecit. quarto post mense decessit. quum imperasset annis. ix. mēsibus. ij. fuit itaq; Iustinianus filius adoptiuus Iustini & nepos ex sorore. Ex quibus infero nō ꝓcedere primam expositionē a doctoribus approbatam Iustinianum fuisse nuncupatum propter adoptionem a Iustino factā. nam erat Iustinianus antequam adoptaretur a Iustino, ergo inepte loquuntur asserētes eum dictū Iustinianum quia filius fuerit Iustini fateor filiū Iustini adoptiuū. sed ante talem adoptionē dicebatur Iustinianus. Secundo interpretatr hic Accur. dictū Iustinianū a iustitia quam semper coluit, & aliis colēdam mandauit, sed non sapit quum tale nomen habuerit antequam hęc faceret, & prius quam imperaret, quo tempore qualis futurus esset incertum erat iuxta gl. insti. de iusti. & iure super verbo auertit. Melius est ergo dicere cū Signo. in consi. 129. colum. 3. vocatum fuisse Iustinianum quia sic placuit parentibus & his qui sacro baptismate eum exornari fecerunt. Dicit etiam hic Cin & Alber. q̄ hic disputatio quum sit de nomine ꝓprio, q̄ imponitur ad libitū pertinacibus est relinquenda iuxta. l. ii cum glo. C. de constitu. pecu. & qd' a nomine proprio non liceat summere argu. vltra Signo. ibi & Bald. col. iiij late ponunt scribētes in rub. ff. solu. matrim. & Feli. in prooe. Grego. colum. vij.

Valla autem in elegantiis. c. cccclv hunc nostrum Iustinianum non nouisse iura nec forsan latinas literas scribit, quod nemo subiungit miretur, tum quia semper in grecia vixit, tum quia se dominum Iustinianum vt ex numismate eius apparet dici voluit, quod a more romano alienissimum est, cui subscribit Alciatus. lib iiij dispū. c. vij. & Budeus in. l. fi. §. de edil. edic. Suidam græcum Historicum sic testantem referunt. Sed pace istorum salua fuit Iustinianus noster vir maximi diuinique ingenii ac splendide doctrine. nec verisimile est tam immensum admirabileq; opus vt est iuris corpus, tanta perfici curasset diligentia nisi & literatissimus fuisset quum ignorātes et annalphabeti literarū curam minime habeāt vt rerū magistra docet experiētia, vetus est adagium, nihil cum fidibus graculo, nihil cum amaricino sui vt ad calcem atticarum noctium ponit Gellius. Ad illius græci historici testimonium. respondeat Iuuenalis dū ait creditur olim vellificatus athos & quicquid græcia mendax audet in Historia hinc scribit Plinius in prooemio quarti libri. Sicut literarum claritas ita omnis fabulositas ex græcia effulsit, & Cicero in oratione ꝓ. l. flacco de genere græcorum loquēs Tribuo inquit illis literas, do multarum artiū disciplinam, non adimo sermonis leporem ingeniorum acumen, & dicēdi copiam, testimoniū religionem et fidem nunquam ista natio coluit. vnde ortum est adagium testimonium græcum, quanta ergo sit adhibenda fides græculo illi historico ex prædictis cognosce. & quæ ꝑfati dicūt. forte possent ꝓcedere in aliquo ex aliis Iustinianis. Erat hic princeps fide catholicus in operibus rectus in iudiciis iustus. ideoq; oīa ei cōcurrebant in bonum testis Paul. diaconus lib. 18. vbi refert eū extruxisse intra Constantinopolim vrbem, Deo templum. q̄ sanctam sapientiam nominauit, cuius opus adeo cuncta edificia excellit vt in toto orbe huic simile nō posit inueniri. regnare cepit anno salutiferi partus. 529. vt lib. 17 Paul. diaconus scribit. ad vrbe condita vsq; ad suiimperij tempora mille pene & quadringenti decurrerunt anni, vt dicitur in l. ij. circa princ. C. de vete iur. enuc. regnauit annis. xxxix. Pompo. loco præalleg. De ipsius laudibus & gestis magnificis scribit etiam dantes in vlti. part c. vj. & seq. Infortunij tamen expers non fuit. quum teste Eusebio cæsuriensi & aliis quibusdam Moderniori bus historicis amens & stultus iampridem factus in egrotationem tandem incidens interierit anno salutis christianæ. 565. testis etiam Pompo. præallegatus. Quod nos minime recipimus sed præfatos equiuocare arbitramur nam Paul. diaconus libr. vlti. c. ij. sic habet inter hæc Iustiniano Principe vita decedente Iustinianus minor Rempublic. apud Constātinopolim regendam suscepit vir pessimus. & omni auaritiæ deditus hic quum in heresim delapsus a diuinis aurem cordis auerteret iusto Dei iudicio ammisso rōnis intellectu, amēs effectus est. & ibidem sequēti scribit capite q̄ quum annis. xj. regnasset amētiam q̄ incurrerat tandem cum vita finiuit, sicq; alius a nostro fuit Iustinianus qui amens vitam finiuit. quum vt præscripsimus non tm̄. xj. sed annis vno de quadraginta imperauerit. q amētiam igit incurrit Iustinianum iuniorem fuisse credimus. quem aliqui iustinum iuniorem appellāt. Cōprobo prędicta vt enim hic Cinus refert. Io. fab. in prooe insti. ac Seue. in trac. de modo studen. col. xv relatus est hic noster Iustinianus in cathalogum sanctorum. q̄ verisimile non est fuit factum. si amens & stultus iampridem factus interisset buit hæc de Iustiniano nostro quia paucis cognita scribet iis etiam adde q̄ Iusti. hic non appellat se dominum prout in rub. §. de iur. om iud. ibi domini Iustiniani. Et melius exemplo. C. augusti. qui dñi appellationem vt maledictum & opprobriū semper exhoruit edictoque prohibuit vt Trāquillus in eius vita scribit. Et Frā. Petrar. li. 14. epistolarū epistola prima sub pen. Et Laur. Valla i eleg. c. cclv. vbi iustinianum reprehēdit qui vt ea eius nummismate apparet sepe aut dñm Iustinianum se voluit appellari, ineptum enim id esse scribit & gothicum magis redolere q̄ latinum vt etiam superius retuli. Melius ergo hic. quamuis excusari possit Iusti. in aliis locis q̄ non a seipso sed a suis ministris domini titulus fuerit positus ad quod fit tex. in prooe. instit. in § igitur post libros. Sed iuata predicta quæro q̄ cur imperatoris nomē in coronatione 56
non mutetur, vt pape, respon. in pontefice mutationem fieri vt ostendatur, ad mutationem nominis factam esse mutationem hominis. quia qui primo purus homo erat factus est Dei vicarius in terris. xxij. distinctione. c. j. sed obstat quia etiam imperator in terris est Dei minister & vicarius in temporalibus. l. j. in prin. C. de vete. iur. enucle. quamuis posset ad illum text. responderi, vt per Deci. in nouis. colum. iiij. de iud. & Barb. consilio. j. colum. xxvj.

volumi iij vel dicere posses in Papa fieri mutationem no
minis ad Christi imitationem cuius actio nostra fuit in-
structio.c significasti de electio. nam Christus in promo-
tione petri.nomen ei mutauit quum primo Simon voca
retur Math c xxvj. & .c.in nono.xxj.distin.ideo alij pon-
tifices Christi sequentes vestigia idem fecerunt. & maxime
quia turpe nomen & tante dignitati inconueniens habere
possent, imperatores autem antiquorum moribus se con
formant qui mutationem nominis non fecerunt. In eod.
57 tex.ibi Cæsar * ab Augusto cæsare si credimus Accursio
quilibet imperator dictus est Cæsar, sequitur Alberi. &
Signor. consil cxxix. columna.iij. Cinus & Bald.dissen-
tiunt, quia ab Augusto bene dicti sunt alij Augusti, sed
Cæsares dicti sunt a Iulio Cæsare eius auunculo primo
Romanorum monarcha & quod fuit nomen indiuiduũ
factum est nomen generis & dignitatis, gloriosum enim
reputarunt successores tale nomen assumere, iuxta ea quę
dicemus infra in.§.nos vero in versi discipuli, Multi tamẽ
ante Iulium dicti sunt Cæsares. & ipse Iulius ab auo suo
Cæsaris assumpsit nomen vt in.xiiij. commentariorum
58 li. Volateranus scribit. Et inter * Cæsarem & Augustum
id interesse scias q̄ Augusti dicebantur qui regnabant. &
auctore Senatu imperatoris nomine decorabantur, Cæ-
sares vero qui ab ipso Augustu ad regendam prouinciam
aliquam eligebantur cum titulo Cæsaris successuri post
illius mortem in imperio vt ex Ammiano marcellino co
gnosces. Item Anto. sabellicus lib.octauo septime enneadis
fol cxxvj sic habet. fuit Cæsarum declaratio non imperij
dignitas. sed quæ gradum ad imperium faceret. & velut
per manus ab eo qui Augustus & Imperator fuisset Cæsa
res imperij regimen acciperent, hinc etiam Spart. in elio
vero Augusti ergo nomine imperator significabatur. & q̄s
quis Cæsar creabatur tanq̄ principis filius & designatus
Auguste maiestatis heres creabatur, per quæ intelligis il-
lud Orosij dictũ libr.septimo.c.xvj.dum ait hoc periculo
itaq; Diocletianus permotus Maximianum herculium
ex Cæsare fecit Augustum. Subiungit postmodum gl.
hic super verbo Cæsar vel sic dictum fuisse quia de ventre
matris cesus fuit. potest hic sermo dupliciter intelligi, vel
q̄ de iustiniano seu de aug. senserit, & tunc minus bene
neque probat cesos fuisse, secundus sensus q̄ de iulio Cæ-
sare intellexerit prout Alber & Bal. intelligere videtur.
& iudice Bald secto matris vtero se vidit. ne superitem
videret. quem nam ad hoc genuit vt omnia Cæsar fieret.
sed & istud falsum est vt ex Tranquil.& Plut.in vita Cæ-
saris facile cognoscitur dũ tradũt q̄ existẽte q. de sacerdo
osculatus est Cæsar matrem suã iurãs se nõ rediturum do
mum nisi pontifex maximus efficeretur, & sic de ventre ma
tris mortue cæsus nõ fuit & in cõmentariis suis non semel
eius matris meminit. Sed quamuis in Iulio Cæsare non
procedat deriuatio prædicta: tenẽdum est tamen dictum
fuisse Cæsarem a ceso matris vtero. Plin.c.ix.lib.vij auspi
catius ait enecta parente gignuntur sicuti Scipio aphrica-
nus prior natus primusque Cæsar a ceso matris vtero di-
ctus qua de causa & cesiones appellari simili modo nus
& Manilius qui Carthaginem intrauit. Minus bonus est
etiam sensus Accursij dum subiicit vel dictum Cæsarem
quia cedi apeririq; ventrem matris fecit vt locum corre-
ptionis ipsius videret. nam vt ex Tranquillo & aliis histo
ricis notum est id Neroni ascribitur. Tenenda est prima
expositio & videmus etiam hodie seruari, quia impero
ria maiestas, Cæsarea maiestas nuncupatur, & ipsi impera
tores se cæsares dicunt. & quasdam alias expositiones su
per hoc nomine inuenies p̄ Spar in elio vero. In eod.tex.
59 ibi flauius. * Exponas dicit Accur.si habeas flauus.i.ru-
beus si flauius.i quia deuicit flauos Bal primã tenẽs dic
q̄ pulcher corpore præsumitur habere bonã animã. sic &
Federicus dicebatur rubeus a barba rudea gaudeant itaq;
rubri dicit Signo consi.119. colũ.ij participant in colo-
cum imperatore hanc etiam sequitur Faber. post glo.
proœ.insti.dicens q̄ Dauid rex similis erat coloris vt scri
bitur Regum primo.c.xvij. & ipse etiam similis.ideo gau
det, sed iudice Signo.præalleg. non habent tales multum
gaudere quia rubro detrahitur in fide allegat sed ad balli
stam.l ij.cum not.infra de testi.posset adduci illud vulgare
raro rubeum fidem refertur in l.j. per Docto. infra de iu
risdictio omniũ iudi Aristoteles tamen in libro de phiso-
nomia dicit q̄ flauij boni sunt anima & multum prodest
phisonomia Bald. in l.ij.columna ij C. quorum appella-
non recip.& est Flauus color ex viridi ruffo & albo con-
cretus rubeus autem est ruffus nigrore multo mixtus Gel.
c xxvj.lib ij.sequor tamen secundam expositionem quia
tex.noster & antiqui codices flauius habent. tum quia ex
sequentibus per quæ declarantur præcedentia.l si seruus
plurium.§ fin.ff de lega.j.id suadetur, sunt enim sequẽtes
tituli agnomina a prouinciis per iustinianum deuictis. ergo
idem dicendum est.de hoc immediate præcedenti at tamẽ
Paul.diaconus & Pompo letus aliique historici tractãtes
gesta iustiniani de flauii vocabulo verbum nullũ fecere,
vnde melius est forte dicere quod sicuti Iustin a prędictis
C.& aug.denominationem sumpsit. Ita Flauium quasi de
gente Flauia originem traxerit prout etiam Vespasianus
non seruatur pro intelligentia tex. expedit uidere diuisio-
nem librorum & partium factam ab imperatore in. l. ij.
col. 2. & sequenti. C de uete iu. enuc. Mandat hic impera
tor legi scholaribus secundi anni secundam partē de iudi.
continentem libros septē. uel tertiam de rebus credi con
tinentē libros octo usque ad tit de actio. emp. uel secundū
uicissitudinē temporum idest secundum ꝙ magis docto
ribus & scholarib⁹ placuerit ꝙ utilius uisum fuerit & hoc
sine intermissione aliqua. sed per consequentiā quum om
nia ibi sint utilia. & cū illa parte quam secundo anno legi
continget mandat etiam legi quatuor libros singulares.
quos legendos excerpisse dicit ex omni cōpositione qua
tuordecim librorū scilicet quarte & quinte partis ſm di-
uisionem factā ab ipso Iustinia. in. d l. ij. Et quāuis sint in
illis duabus partibus septem & decem libri tamen de qua
tuordecim solū facit mentionem quia tres præcedentes in
secundo legebantur anno cū secunda parte de iudi. uel ter
tia de reb. cred. Declarat postmodum qui sint dicti libri
singulares * sunt enim quatuor q in primordijs & princi- 195
pijs infra scripturam cōpositionum siti sunt. Ex tracta de
doti tripartiti uoluminis. i. uoluminis p nos in tres partes
diuisi liber unus q est uigesimus tertius huius uoluminis
despō v3. Est enim liber primus tripartiti tractatus de do
tibus. qui est in libros tres diuisus incipiūt a titu de spōsa.
e tendunt se usq; ad titu. ubi incipit digestorū lib. xxvj.
ad quod est tex. in. d. l. ij. col. 3. uersic post hos C. de ueter.
iur. enuc. Item ex duobus libris de tut. et cura. liber unus
& sic uigesimus sextus erit ubi incipit titu de tute & pro
tenditur usque ad tit. de excusa. & tempor. earum. ad qd
est etiam text. in. d. l. ij. colūm. 3. uersicu. de tutelis & cura
tionibus. Ex gemino uolumine de testa. idest de testa. &
de testa milit. liber unus qui erit. 28 ubi incip. tit. de testa.
Ex septem libris de legatis cum sequen. liber unus qui
erit. 36. incipit ibi ti. de lega. primo ad quod est tex. in. d. l.
ij. col. 3. uersic. quintus autem exoritur alii. x. libri reseruā-
tur legendi tempore cōgruo idest in quarto anno ut infra
in uersi. sed quia solitum tempus enim sufficiebat ad legē-
dum omnes istos libros in secundo anno. hæc declaratio
& si modice sit nunc utilitatis planam tamen intelligentiā
huic difficili tex. accōmodat. Not. primo ꝙ existentia in
secunda & tertia parte istorum librorum noua sunt pul-
chritudine decorata * declarando ut hic per glo in uerbo 196
noua in secunda expositione quæ plusquam prima pla-
cet facit tex. l. j. col. iij. ibi qui non insubtiliter factū emen-
dat laudabilior est eo qui primus inuenit *. C. de vete. iur. 197
enucleā. & pulchre scribit Valla in prologo sexti libri ele
gantiarum. Secundo no. Bal. ex fi. istius uers. * nō suffice- 198
re paruum tempus ad res magnas & arduas expediēdas.
ex quo postea Bal. in. 3. col. aliqua decidit de quibus ple-
ne Fel in proœ decre. & Dec. in prin sermo. post suū con
silium. 151 eleganter gl. in. c. cū ex literis sup uerbo instru-
ctus de in inte. rest. dum ait ꝙ modico tēpore multa quis
discere non pōt quia nemo repente fit summus * quāuis 199
ingenium ut uult illa gl. suppleat tempus in bene studenti
bus. Glo in uerbo. singulares declarat qui dicantur libri
singulares & quare Odof approbat Albe. improbat ga
rōne glo. attenta libri contenti sub illis duabus partibus
singulares dici possent qa non cōtinent sub alijs partibus
scilicet quarta cum tribus sequentibus. secundum alios di
cuntur singulares qa non leguntur continuitate sicut alii.
nec est uitiosus hic saltus quū nō fit inutilis * ut olim sed 200
utilis secundū glo. hic in fine. iure tamen nō probatur hęc
expositio imo eo respectu cōsiderato debuisset tex. dicere

ſingulos hoc eſt vnumquẽque de per ſe & ab alijs ſepara
tum ſecundum grãmaticorum dogmata. Melior eſt igi
tur expoſitio Ia.de are.ab Alb ultimo loco relata ꝙ ideo
dicuntur libri ſingulares illi qui nõ cõtinentur ſub ſecun-
da & tertia parte quia contenti ſub ſeda parte de iudi.de
eadẽ materia ſunt.generalis.eſt enim iudiciorũ materia et
ita etiam libri tertiæ partis de rebus quia rei nomen gene
rale eſt.l j.infra ſi cer.pet.non ſic de libris aliarũ partiũ nã
liber de edil.edic nihil cõe habet cum libro de pigno. ſub
cuius parte eſt imo diſtincta & penitus ſeparata eſt mate
ria & ſic de alijs.ideo dicuntur libri ſingulares ideſt non
201 tractantes eandem materiam. * quẽadmodum etiam te-
ſtes ſingulares dicuntur.quando non vniuntur eorũ teſti
monia nec ſunt conteſtes.c.licet cauſam de.pba. De qua
202 ſingularitate teſtium * quotuplex ſit & quãdo noceat tra
dunt Areti.conſi.cxxij col.fi.Barba conſi.lvij. colũ.vij.
volumi.primo Alexan.conſi.c.colum.penul.& fi.volu.
j.& vol.4 conſi ij.& conſi.43 col.fi.& volu.v conſi.146.
colum.4 clvj.col.iij.Cor.conſi.ij col.fi.vol.j.Iaſ.in repet.
l.admonendi colum.lxxxvij.cum ſequen. de iureiuran-
do & Fel.latiſſime in c.licet ex quadam in tribus vlt. co-
lumna de teſtibus.

Ex verſicu.tertij.

Vicinos non eſſe abhorrendos.num.204.
Materias non eſſe ſparſim tradendas.num.205.
Memoria hominis ex renouatione nominis conſeruatur
& ſimilitudo nominis inducit affectionem.nu.207.
Emulari verbi nam nume.209.
De pignoratitia & hypo.late.nu.210.cum ſeq.
De tex l.j.&.ij C.ſi aduer.credit.num.215.
Famuli & miniſtri gaudent priuil. dominorum nu.217.
Catonis auctoritas citatur etiam a ſummo Pontifice vi-
de.nume.218.

Sequitur verſic.tertij.

Hic ponit Iuſtinianus modũ & proceſſum tertij anni.
& quõ vocenẽ ſcholares tertij anni. In tex ibi ſingularũ
diſpo.ſingulariũ reponas. loquitur enim de libris ſingu-
laribus de quibus in præcedenti verſi.diximus. Item ibi
203 formulã * diminutiuũ eſt formæ.hic pro legibus & con-
ſtitutionibus capitur.Cic.lib iij.offic.nudũ acquilius pro-
tulerat de dolo malo formulas aliter accipitur in tit.C. de
form.ad quẽ accumulant aliqua Mod.aſten.in tra.forme
ſub rubr.qualis debeat eſſe forma. Item ibi eorũ.ſ libro-
rum.Itẽ ibi quæ in vlt parte prioris edicti dictio quæ ex-
pongenda venit nec poteſt hic ſtare ſecundum rectam ra
tionẽ latinis ſermõis. Item ibi maneat iuri,dicat viri ſub
tiliſſimi &c. Notat primo Bal ibi nõ abhorreat eorũ ul
204 ciuitatẽ * ꝙ non debemus abhorrere vicinum & conſor-
tem.imo ut ait Florianus in.l.imperatores per illum tex.
infra de ſerui.vrb.præd. vicini debẽt eſſe ut fratres ſibi in-
uicem gratificãtes ſed vt ait Luca.omniſq; poteſtas impa
tiens conſortis erit.facit.l.fi.infra de re.diu cũ pulchre ſcri-
ptis per Cice.circa illius.l.materiã in.iij.officiorum. Se-
205 cundo no.ibi eas in anteriorem locũ trãſtulimus * ꝙ ma-
teriæ cõnexe non ſunt ſparſim tradendæ.ſed ſucceſſiue &
cõiunctim.facit.l.ij.infra de ſta hom.et tex.not.in.l.ij col.
iij.ibi diſtantia congregare & in cõfinio ponere.C.de ve.
iur.enud. Tertio no tanto honore decoratum fuiſſe Pa
pinianũ ut in tertio anno diſcipuli Papinianiſtæ uocentur
206 diximus plura de hoc in.§.itaq;.& in hoc tertio anno * ut
auctor eſt Seue.in tract de modo ſtudendi col.13. debẽt
ſcholares incipere arguere & diſputare quia multæ vtili-
tatis eſt diſputatio.ut ibi per eum & Iaſ.in.l.cum quidam
in.vj.not.ff de lib.& poſt.facit.l.munerum.in.§.mixta.ff.
de ma.& ho. Vltimo nota.ibi ut eiuſdem reminiſcentis
207 * ex renouatione nominis alicuius conſeruari eius memo
riam ideo imponunt filijs cõiter parentes progenitorum
nomina ad renouationẽ ſcilicet & cõſeruationem memo
riæ antiquorum probat etiam hic text.ꝙ ſimilitudo no-
minis * inducit affectionem eſt clarior tex.in.l. cum filius 208
in.§ pater.ff.de lega.ij.aliquando eſt cauſa odij. hinc legi-
mus apud tranquil.in nerone.C.caſſium longinũ iuriſcõ
ſultum eo ꝙ.C.caſſij percuſſoris ceſaris nomen & ſtẽma
haberet iuſſum a Nerone mori & Colatinus Targnius
Conſul nominis Tarquinij odio.abdicare ſe magiſtratu
atq; exulare iuſſus eſt. ut per Liuiũ lib.j.&.4. vrbis condi.
Gloſ ſuper verbo emula * ſequitur primã expõnem q; 209
Bar.dicit ueriorem ſed melior eſt ſecunda per hunc text.
dicentẽ ꝙ ex quo eſt emula ideſt imitatrix non abhorret
vicinitatẽ faciunt ſequentia illa verba ambabus pene. idẽ
ſtudium eſt.ſi pro inuida & contraria caperetur nõ eſſet
idem ſtudiũ reſtitue tamen Bar.dicentem inimicor dicat
imitor.Male etiam pro ſecunda expoſitione inducit glo.
illud apoſtoli ad Corint.Epiſtola ſeda emulor enim uos
dei emulatione.intelliguntur enim de dilectione nã mul-
tos habet ſignificatus ut in carmine illo.Emulor inflatur,
amat inuidet,& imitatur.ponitur per gl e.ſimus.41.diſt.
Emulor ab amo deſcẽdit ſm Apul.amare inuidere ſigni
ficat per antiphraſim quando uero pro imitari ſtat,ppriẽ
ſummitur quia qui aliquem imitatur & ſequitur amore
id facit.Cic.pro marcello emulo & imitatore ſtudiorum
meorũ differunt tamen emulatio & imitatio ſimplex eſt
imitatio & liuorem non admittit.habet aũt emulatio ſimi
tandi ſtudiũ ſed cum malitiæ operatione licet & ſine uitio
poſſit eſſe Nec emulatio eſt cũ inequali hinc apud Liuiũ
fabius ait.quæ mihi emulatio cum eo eſſe poteſt qui ne fi
lio quidem meo equalis ſit. De emulatione quæ erat in-
ter Xenophontem & Platonẽ inuenies apud Gel lib.14.
cap.3.Dicimuſq; emulor illi & illũ ut a probis ſcriptum
leges. Glo.in uerbo eaidẽ diuiditur in duas partes ponit
in prima in quibus conueniant hypothecaria & pignora 210
titia * in ſecunda quę eſt ibi differunt tamen in quibus dif
ferant ad hanc glo.cum dictis Bar.ſemper recurritur ſm
Pau.de ca & alios in rub.infra de pig.act. Bar.arbitratur
non reperiri meliorẽ in corpore iuris Iaſ.& alij in.§. actio
num.inſtit de act ſolẽnem eam dicunt.& quãuis Bar de
conuenientijs & differentijs quærat reſpõdendo differen-
tias tantum ponit de conuenientijs nihil declarat itaq; pri
mo gloſſa.cur dicat iſtis ambabus actionibus idem per ne
ſtudium eſſe quia ambe tractãt circa res obligatas diue r-
ſimode tamen quia hypothecaria cõpetit creditori,& di-
recta pignoratitia debitori ad emulationẽ & inuidiam.So
tie glo.ſuũ ſequitur intellectum . ego ſupra alium ſecutus
ſum alia differentia ſedm gl.eſt,quia ſicut hypo. datur ve
ſit ſaluũ creditori debitum.ita pignoratitia contraria dat
ut ſit ſaluum creditori quod in re obligata impendit iuri-
bus in glo.adductis cõpetit etiam pignoratitia ad plura
alia.l.tutor §.contrariam &.l.cũ debitore cum gloſ.ff de
pign.act.conueniunt & in alio quia utrunq; remediũ eſt
petitorium non poſſeſſoriũ Alex.conſi.71.vol.3 & Cor;
conſi.cxc col.ij.uol.j. Formas autem libellorum tam in
pignoratitia directa q; contraria pulchre & late ponit Io.
an.in ſpec.de pigno.ſuper rub.& in § j & ang inſtitu.de
actio.in.§.actionum.col.xxix.xxxj.vbi & per Io.de pla
tea. Circa ſecundam partẽ glo.Bar.latius reaſſummẽdo
materiã dicit ꝙ hyp.& pignoratitia directa tripliciter dif
ferunt natiuitate utilitate & uita. In primo ex dictis Bar.
collige naſci hypothecariam ex ſolo & nudo conſenſu ſi
ne traditione ut per eum quod etiam procedit in pigno-
ratitia contraria Bar hic in fi.per l.j.ff.de pign.act.idẽ tra-
dit Bar.in.l ſi tibi.l.x.in.§.de pignore infra de pac.ſequitur
ſimpliciter hic Alexan.in apoſtil.ad Bar.intelligitur tamẽ
concluſio Bar.ſecundum Parpa ꝙ naſcatur cum auxilio
prætoris & ſic ueſtitur a lege ita Barto.hic ſenſiſſe tefert
imo iſtud expreſſe colligit Bart ex præallega.§. de pigno
re.& dicit Brunus conſi.j.colum.ij.& ibidem Căpez.cõ-

ſtil.ſequenti col j ad fi.ꝙ hypo.tribuit ius ſeu facultatē poſ
ſeſſionis apprehende retinende & petende.potes etiā con
tra hanc primam concluſionē opponere et ſoluere vt pul
chre per portiū in § fi inſti.qui mo.re contrahi obl. No
tandū eſt pariter ꝙ in hypo licet traditio ut ait Bar. nō re
quiratur ea tamen vere vel ficte p cōſtitutū interueniente
211 mirabilis ✠ reſultat effectus vt poſſit intentari per credito
rē cōtra quēcunq; principali debitore non excuſſo. alias
ſemp per prius requiritur excuſſio principalis & agi con
tra eū actione perſonali ex contractu puta mutui antequā
agatur hyp.auctē hoc ſi debitor. C.de pign.tradit Cor.
228 volu ij.& conſi.167.volumi 3.Alexan.& Aquen.
in.l exitus ff de acquiren poſſ.Guido pape q 412.pract.
pap in forma libelli excep.in actione hypo in glo. exce
ptionem vbi accumulat caſus non requirentes excuſſionē
quando hypothecaria actione agitur Collige ſecūdo ex
dictis Barto naſci pignoratitiam actionē rei interuentu ra
tione hic ſignata per eum quē reſtituas ibi abſolutio com
petit vt dicat abſolute competit ideſt ſiue interueniat tra
ditio ſiue non diuerſificat naque traditio pignoratitiam
directam ab hypotheca et pariter pignus ab hypotheca.
l.ſi rem in .§ propric.ff de pignora actio. quamuis iſta
aliqn̄ cōſundanē ut per Alb.in dictionario in verbo pi
gnus & in verbo pignoratitia.Hanc concluſionē limitat
hic in apoſtil. Alex.in caſu.l.inquilino ubi Bart.& Pau.
caſt.notant ff de dam.infec.quod intelligitur qn̄ ſine vi
tio poſtea res ad manus pueniſſet creditoris ut ibi p Pau.
faciūt dicta Bar.in l.rogaſti.§.depoſui infra ſi cert.pet. uel
debitore ratum habente per tex.l.ſi tibi abſenti C.ſi cert.
peta.de quo etiam per Bal in rubri.C.de pign.actio. Li
mitatur ſecundo iſta concluſio ſm Parp.non procedere
in pignoratitia contraria allegat Bart.hic in fi. ſed eſt ine
pta limi quū ſit concluſio de pignoratitia directa ergo li
mi.inepta in pignoratitia cōtraria.debet enim exceptio eē
de regula.l.in his vbi Pau.caſt not ff de legib.plene Dec.
in.l j.infra de iureiuran. Subdit Parp. concluſionē Bart,
cum limi.falſam eē quāuis ab omnibus approbetur quū
uerū non ſit ꝙ traditione ut dicit Bart.naſcatur pignora
titia nec naſcitur a prin.quando traditur ſed ſolum quan
do debitor pecuniam ſoluit vel offert.l ſi rem in.§.omnis
vbi Barto.not.infra de pignora.act.de quo tex.facit ſe
ſtum Comen in conſi.19.naſcitur ergo ſolutiōe uel obla
tione,non autem traditione & conſequenter corruit ratio
Barto.dicentis pignoratitiam ideo requirere traditionem
quia datur ad repetendū nec repeti quid poteſt niſi prius
tradatur.l.ſi cum in uerb.recipere infra de pign. actio.qa
præſupponit Bar ꝙ traditio ſit illa quę cauſat repetitionē
quod falſum eſt.quia eſt ſolutio Saluat tn̄ Bar.ut ibi naſci
pignoratitiam rei interuentu dicit ex rei interuentu me
diante tn̄ ſolutione dicat per gl.§.fi.inſti.qui mod. re con
trahi.obli.& debuit Bar.ponere differentiam inter pigno
ratitiam & hypo.alter uel aliam quia hypothecaria naſci
tur ab initio pignoratitia expoſt.& ſecundum Parp. hæc
erit bona differentia in natiuitate. Sed iudicio meo non
meretur reprehendi Bart.qui noluit dicere ꝙ ſolo rei in
teruentu pignoratitia naſcatur ſed ꝙ requiritur traditio,
alias non naſceretur quia non poſſet repeti ita in ſequenti
bus ſe declarat Bar.& ſic differentiādo pignoratitiam ab
hypothecaria dicit ꝙ licet hypo.ſolo conſenſu naſcatur
non tamen pignoratitia ſed rei interuentu nū abſque eo
ut hypo.Nunquid aūt ſolo rei interuentu naſcatur uel ne
Bart.non tangit.ideo in hoc an naſcatur tpe interuentus
rei uel ſolutionis diſtinguit eleganter Barto in.d.§.omnis
concludendo per illū tex.ꝗ naſcitur tempore ſolutionis
ſed ex rei interuentu per.§.fina inſtitu qui.mod.re contra
hitur ob.& approbatur communiter ut per portium &
alios in.d.§.fin. Circa ſecundam principalem differentiā
Bar ponit tres utilitates in quibus differunt pignoratitia
& hypo licet uideatur duas tantum ponere ſed eſt corru
ptus ubi in ujta dicit repone in utilitate. Prima differen
tia ſeu vtilitas quā no hic in apoſt.Ale dicis cōiter appro
batur per doc.in § actionum.inſti.de acti. In ſecūda uti
litate concludit Bart pignoratitiam competere vtrique
debitori directam creditori utilem pro expenſis dicat cō
trariam per ſummet tex.& alia multa illius titu. de pign.
actio.iura. Eſt tamen reperire etiam utilem pignoratitiā
in caſu.l rem alienam.ff de pign act ubi tex apertus & ſi
glo exponat pignoratitiā ideſt hypothecariam quæ ex
poſitio neceſſaria ibi uidetur quia pignoratitia ꝓprie cō
petit debitori debito ſoluto non creditori.ſed contraria ut
prædiximus hypo.autem bene imo ſolum competit cre
ditori ut hic per Bart.& loquitur ille tex. de competente
creditori ad rem obligatā ergo de hypo. Eſt ergo actio
hypothe.quæ tantum creditori competit ut hic per Bar.
& ad auocandum pignus et hypot datur de qua tractat
ff.orum.liber.xx aliquando non competit directa ſed vti
lis tantum.ut notanter habetur in caſu præalle.l rem alie
nam Item glo.ſupra in verbo emula in fi contrariā hyp.
eam appellat quæ pignoratitia contraria dicitur. Eſt au
tem actio pignoratitia directa & contraria de quibus hic
per Bar.& alia etiam utilis de qua loquitur tex.ſm Abb.
ibi in.ij.col in.c quū cōtra de pign.ubi etiam per Barba.
Circa tertiam differentiā ſeu utilitatem concludit Bar.ꝙ
hypo.eſt in rem & contra quemcunque poſſidentem da
ri ſed pignoratitiam tanq̄ perſonalem ſolum dari contra
debitorem uel heredem ut hic per eum qui cōiter appro
batur ut late per Ange.in §.actionum col.18.cum ſequ.
in verſi quæro modo actio hypothe inſti de actio. An
autem excuſſio requiratur ut ipſa hypo.contra tertiū poſ
ſeſſorem intentari ualeat in ſuperioribus dictum fuit.de
clarabis tamē hoc ꝙ hypo.realis ſit ut per Bar.in l.pigno
ris.C.de pigno Pau ca.in l.ſi tibi.x.in §.de pignore j.de
pact.Ang.in.§.item ſeruiana col.pe.& ibi Ial in gloſ ſup
uerbo maxime inſtitu.de actio. Limitabis tamen cōclu.
Bar.non procedere de equitate canonica quia eſt in rem
ſcripta ita ꝙ forte ſoluta cōpetet pignoratitia contra em
ptorem pignorū & quēlibet poſſeſſorem ut hic per Ale.
in apoſtil.& Barb in c.quum contra ad finem de pigno.
ubi poſt Bal intelligit quando cōtractus eſſet in fraudem
uſurarū factus & ſic illicitus alias ſecus faciunt dicta Ale. 212
in conſi.2.uol j ✠ quē defendenda a motu aliorū in.l.ij.
C.de pact.inter uen.& uen. Item dicit Abb in.d.c quū
contra col j.& ij ꝙ pignorans contra quēcunque poſſeſ
ſorem rei uen.agere poteſt eius autem heres nō.ſi rei poſ
ſeſſionem nunquam habuit ut ibi per Barba colum.fina.
poſt Buir. Dixit ibi pariter Ab.ꝙ ſicut re interueniēte du
plex oritur actio perſonalis & hypo.realis ipſi creditori
ita ex parte debitoris oritur pignoratitia perſonalis & in
rem ſcripta ſaltem quæ datur contra quēcunque poſſeſ
ſorem per illum tex.ex cuius dicto in terminis noſtris de
fendi poteſt limi ſupra ad Barto.data ꝙ iſta pignoratitia
ſit in rem & ſaltē utilis competit contra poſſeſſorem per
illum tex. Aliam differentiam ponit Bart.in l.ſi rem.§.
proprie infra de pign.actio ꝙ ſtatutū loquens de pigno
re nō habet locū in hypo.ſequitur ſimpliciter hic in apo
ſtil.Ale.& Iai.in.§.actionum.inſtitu.de actio.Abba.in.c.
cū aliquibus de re iudi Fel.tamen ibi col.j.cōtrarium po
nit referens ſic cōſuluiſſe de quo etiā pe Are. cōſi cxxiij.
in.ij.dubio.& Aquen.in.l qui pignoris ff.de acqui.poſſ.
Tertio ponit Bart aliam differentiam in vita uult in eſſe
ctu actionem pignoratitiam perſonalem tolli ſpatio. 30.
annorum.ut aliæ perſonales actiones tolluntur l.ſicut. C.
de præſcript.30.annorum.hypo.uero tolli ſpatio.xl.an
no.in caſu.l.notiſſimi.C.eod.titu in caſu.d.l.ſicut.xxx.an
no.x.uel.20.in caſu.l.j.& ij.C.ſi aduer.cre.in 7.limi.C.&
ita latius hic dixit glo & Are in.§.item ſeruiana col.h.inſt.
de actio ſed primi tres caſus hodie non procedunt quia
nullo tempore tolleretur pignoratitia uel hypo.in prædi
ctis caſibus per.c.fin.de præſcrip quod etiam ſeruabitur
in foro Ceſaris.ut conſuluit Alexan.conſil.185.uolumi.ij.

& 63.vol.4 ita etiam Moder.Tau.in tract.praescrip.in.4.
parte quinte partis principalis in.3.q.principa col.j.in.4.
casu vnum nouũ se dicere ait Parpa.ꝙ etiam non curre-
ret hodie praescriptio.x.vel.10.annorum sicque corrige
213 retur l.j & .ij.C si aduers.credi.✠alle.Alex.bona ratione
sic consuluisse volu.r.in consi.58.quod alias in qõne fru-
cti se allegasse restatur.addere Ioã.crotũ in repet.l.si is qui
pro emptore in.3.colũ pen.char.ff.de vsucap.vbi dicit ꝙ
opi.Alex seruaretur in practicis quum nõ habeat cõtra
dictorẽ.Nos arbitramur male consuluisse Alexã.maleq;
ei assensum fuisse & multos habere contradictores opti-
mis eum dãnantes fundamentis ut late per Moder.Taur.
loco praeal.col ij.& .iij Dec in.c.cum inter col.8.in princ.
de excep.& Crotum vbi supra faciunt etiam quae scribit
Pau.de cast in consi.117.ad fi & consilio.192.in antiquis
alias quasdam conclusiones in hoc arti.praescriptionis hy
po.inuenies in praealle.tract.praescriptionum. Postmo-
dum Barto.in fi limitando per eum dicta in primo casu
subdit ꝙ pignoratitia contraria bene nascitur nudo con-
sensu de quo ibi dictum fuit intelligitq; Parp. Bar.in casu
l quã allegat.sed in casu legis tutor in.§.contraria & in.l.
si necessarias dici non potest ꝙ nascat nudo consensu qa
nõ nascitur ab initio sed tempore quo fiunt expense ꝑ cre
ditorem,& tunc deficit consensus debitoris.l.si seruos.ff.
de pign.act.quomodo ergo nudo consensu nascit,opus
est dicere quod datur ex ꝓuisione speciali & sic rei inter-
uentu sicut in pignoratitia directa põdera quoq; nõ dici
in iuribus praeallegatis pignoratitiã nasci.sed competere
vel qđ habeo &c. Vult etiam Parpa.quod eo casu quo
contraria nascit nudo consensu non somẽtetur vel vestia
tur auxilio pretoris sicuti sementat hypothecaria quae na
scitur nudo consensu eo qa non militat eadem ratio quae
militat in hypothecaria nã Barto.in.l.si tibi decẽ in.§.de
pignore hãc rationẽ assignat in hypoth.pignus a pugno
dicitur.& quia res non traditur in hypo praetor praebet
auxiliũ sed haec ratio cessat in pignoratitia contraria quae
solo consensu nascitur quia fomentari non debet ex quo
ꝓpter fraudem cõmissam datur & nõ ob rem non tradi
tam sed hypo.fomentatur qa res nõ tradita pignoratitia
contraria datur quia fraus cõmissa ergo non militat eadẽ
ratio & ita limitat §.de pignore ut nõ procedat in pigno
ratitia contraria. Sed videtur modici momẽti quia in.§.
de pignore nisi praetoris auxilio vestiret cõuẽtio remane
ret nuda nec ꝓduceret actionẽ ut ibi per Pau.de ca. ideo
vtilitas est ꝙ praetor auxiliũ praebeat sed in casu.l j.infra
de pig ac propter fraudem cõmissam datur pignoratitia
ad quid ergo necessariũ est praetoris auxilium. nec dicat
quod in dicta.l.j interuenerit traditio quia illa contraria
pignoratitia datur respectu eius quod non est traditum.
214 * Formã autẽ libelli articulorum & sententiae in hypo-
the.& saluiano utiliori remedio ponũt Areti Ias.& alij in
§.item seruiana instituta de actionibus. Et quid probare
215 debeat agens hypotheca ✠ponunt Bart.& Pau. de cast.
in lege rem alienã.ff.de pig ac.Pau cast.consi.176.in anti.
rap.Comen cõsi.150.& .152.& Soci consi.134.volu.j.
& .112.volu.4. An vero contra quẽuis possessorem in-
solidũ intentari possit.Cor.consi.237.volu.3.plures alias
quaestiones in materia ponit Guido pape.q 432. Pro
216 expositione glos.ministre idest pedissece * est text.in l.q̃
adulterium.C.de adul.glo ita exposuit secundum Parpa.
propter verba quae habentur Luce xxij. vbi minister di
citur maior q̃ cui ministrat ideo glos.impropriauit mini
stre i.pedissece. sed nõ est impropriatio verbi sed declara
tio q̃uis.n.in illo euangelico ita capiatur a ministrando.i.
distribuendo propter subiectam materiam proprie tamẽ
ministri sunt qui seruiunt a quo fit ministeriũ hic Iuuena-
lis ait.dum venit excelsi manibus sublata ministri Gel.lib.
ij.quoniam filij sua procula regi in conuiuio ministrabãt.
& colligit hic Bal.✠prope dominũ suum stare debere mi
217 nistros & gaudere eodẽ priuilegio quo domini facit tex.

in.c.j.§ j.qui mod.feu.ami.vbi uasallus a dño suo rece-
dens in praelio moranti feudũ amittit.de quo per Cur.in
trac.feu.in.4 parte. Quando autẽ gaudeat familia priui
legijs dñi tradit Fel.in c.ij.de foro compe & Cur.praeall.
vbi tamen ponit ꝙ quãuis vasallus filiam uel uxorẽ do-
mini adulterans feudũ perdat.secus tamen in vasallo pedi
sequas adulterante. In glo.peragant*allegante Catonis 218
dictum interpone tuis &c.mirum tibi non sit quum non
erubescat illum allegare summus pontifex in.c cũ omnes
de consti.& quaedam pulchra ad propositũ.scribit Sene.
ad Lucill.epistola.vj.ad fin.& di.ai in oratione in princi.
operis impressa.

Ex versic.sed quia.

Sequitur tex.versic.sed quia.

Tractat hic Iustin.de modo legẽdi in quarto anno stu
dij Alber.casum ponit literã declarando quae satis est cla
ra restitue tex dicentem in fin.sex & septem dies annorũ
vt dicat sexta & septima.fforum & quia tex.de solito &
consuetudo mentionem facit qũo differant ponit Dec.in
rub.de consue.col.fi. In text.ibi hyros*scholares quarti 219
anni hyrcos appellabantur idest vidẽtes subtiliter ut hyr-
cus ſm Accur.Alber.& omnes Seue.late in trac.de mo-
do studen.col.13.vbi ait ꝙ hyrcus dicitur quia conniuẽs
& oculos habet quasi fixos & speculationi diu intentos
eundemq; in locum directos hoc enim facere solent cogi
tabũdi*hoc modo refert vidisse depictã imaginem Bar. 220
cogitabundi in domo Ang.perusini de hyrcis plura Vo
later.lib.25.& pulchrã decisionẽ ponit no.in repe.c.q̃uis
col.9.de pac.lib.vj. Sed Accursij cecitas alios in foueam
traxit ✠dicit Politianus in miscella ꝙ istud verbum hyr- 221
cos & coloritas in sequenti uersi positum uocabula nihil
sunt & in pandectis floren.loco hyrcos esse lytas & loco
coloritas esse prolytas quarti igit ãni scholares graeco vo
cabulo lytas appellabant et item q̃nti prolytas. Inuenio
ꝙ elegans Alciatus lib.ij.praetermissiorum in prin nõ ac-
quiescit Politiano eo ꝙ rationem horum nominum non
explicat ideo ipse aliter reponit quae tamen repositio pa-
rũ sapit & credendum est Politiano qui rimatus est pãde
ctas scripta in eis esse uerba a Politiano relata quorũ rõ-
nẽ ipse explicauit si videat uolens lytas studiosos quarti
anni significare,& prolytas q̃nti Itẽ in eodem tex.ibi ꝑfe
cti & instructi innuit in quarto anno✠debere esse schola 222
res bene in legali scientia instructos hactenus tamen nullũ
vidimus Glo positimus male intellexit tex.qui ad princi
pium cõstitutionis se refert sensusq; est iuuenes✠ex recita 223
tione.36.librorum quos percipiebant in istis quatuor an
nis debere fieri perfectos & in legibus instructos & inue
nient quod in principio orationis positũ est.vbi dicitur ꝙ
ex scientia & modo nunc adinuentis efficientur studiosi
optimi & eruditissimi. Glo fi.modũ hic expressum ho-
die non seruari restatur✠Albe.alium legendi & studendi 224
ponit modũ latissime Seue.in suo tractatu & Io.de anna.
& Fel.in rub.de magist.nos plura scripsimus in oratione
supra in princi posita.

Ex versic.quibus si bene.

Sequitur versi.quibus si bene.

Hic ponit Iustin.nõ dico vt Albe.quid legi debeat in.5.
anno.sed quid legere debent & per se scholares fructum
que & vtilitatẽ boni studij demonstrat.& quid in quin-
to anno facere debent scholares tradit Seue.in praeal.trac.
col.13.Debebãt itaque scholares in quinque annis totũ cor
pus iuris vidisse quod principiũ habet & finem quod in
225 alijs scientijs non est.Codex ergo * ut hic patet in scholis
olim nõ legebatur vt etiã per Sig.cõsi.129.col 4 Nota
226 bis primo * ꝙ licet studiũ legale olim quadriennio perfice
retur Iustiniani tamen tẽporibus quinquẽnium dabatur
tantundẽ temporis studentibus in theologia impartitur
septennium vero in iure canonico.c cũ eo.de elec.lib.vj.
tẽporibus nostris maior tpis.dilatio propter librorũ mul-
titudinẽ indulgetur.& bene studentes in vtroque iure in
anno octauo studiũ perficere debent.Bar in nonũ traxit
ut ipse testis est in l.quidã cũ filium.col.2.ff.de verb obli.
227 * Aristotelem vero annis viginti apud Platonem stetisse
Laertius in illius uita scriptũ reliquit Secundo not ꝙ hęc
228 sola scientia * principium habet & finem alie autem non
quamuis vilissime.per hunc text. dicit Signo.consi cxix.
229 * reddi ab imperatore auditores beniuolos hoc est bone
voluntatis dicendo hanc sciam habere finem mirabilẽ.&
sic perfectam esse per finẽ.l.si is qui in §.quaedam.ff.ad l.
fal.sicque perfecti erunt ipsam amplectẽtes.l.stipulationũ
230 in.§ conuentionalis ff de verb.obl. * nam qualitas inhe-
rens subiecto facit ipsum esse tale,cui respondet ipsa quali
tas vt in l.quid sit aliud ff.de ver signi & l.qui fundũ.in
fra quẽadmodũ ser ami.Nec est intelligendũ ut plerique
male faciunt ꝙ velit Iustin scientias alias vilipendere sed
dicere vult ꝙ alie sunt vilissime respectu huius ciuilis. fm
231 Alber.mirũque id tibi non sit * quum ista dicatur archite
ctonica cui alie omnes ancillantur. vt in primo ethicorũ
dixit Aristo.& supra in.§.itaque retuli. Erunt ut in uersi.
232 discipuli igitur imperator ait discipuli bene studẽtes * ma-
ximi legũ oratores,optimi iusticie satellites & i omni euo
felices facit tex.ad ti.procemij insti.cum not per Ang.&
quae Fel.scribit in rub.de magist.

Ex.§.haec autem tria.

Sequitur interpretatio in.§.haec autem tria.

Tradit in hac quarta pte no.& utili Iustin qbus in locis
iura docenda sint.ꝓhibens alibi legi & poenam contrafa-
cientibus statuens Bart.bis legit & magis utiliter.scdo ꝙ
primo subdiuidit in quatuor particulas in prima ꝓhibi-
tio.in scda ꝓhibitionis causa.in tertia vna pena in quarta
alia.secũda ibi quia audiuimus.tertia ibi quas.quarta ibi
233 & rejciantur. No.primo * ꝙ iura legi nõ possunt nisi in
regijs vrbibus & in Beryto ciuitate pulcherrima cui ipe-
rator tale concessit priuilegiũ prout & alia multa.l.vnica.
C.de metro.beryto & in l.j.ff.de censi.ubi iurisconsultus
eã coloniã appellat augusti beneficijs gratiosam ideo scilĩ
cẽ iuliã appellatã tradit pli c.20.li 5.* est urbis fenicie.d. 234
l.j.a Ptolomeo dicitur barutus sita est in loco robusto &
inexpugnabili ut per uolater.lib xj.intelligit aũt hic Ac-
cur.sub regijs urbibus ueterẽ Romã & nouam * .i.Con- 235
stantinopolim de qua in.l.j § pe.C.de uete. iur. enucle. &
in.c.cõstantinopolitane.22.dist.ubi glo declarat cur sit di
cta noua Roma. Dicta est autẽ constantinopolis i. con-
stantini ciuitas polis n.graece latine ciuitas dicit.& secun-
dum Bal in rub C.qui accusa.noua Roma ita cõis est pa-
tria * sicut uetus eadem tamen priuilegia per omnia nõ ha 236
bet ut per glo.in auct.ut etiam eccl ro.sequitur hic Bart.
appellans has vrbes regias singulares ex quibus iura nata
sunt.l.omnes.C.de ser.originem tamen apud latinos an-
terior Roma sortita est teste Iusti.auct.cum glo. in prin.
S:quit Cin.dicens * vrbes illas regias per anthonomasiam 237
nuncupari. Ex quo infertur ꝙ in alijs urbibus quiuis regijs
iura doceri non possunt * nisi speciali sint insignite priuile 238
gio ut berytus fuit.& patet in ciuitate Alexandrie Egy-
pti quae imperialis est ciuitas & tamen ut infra dicitur iu-
ra nequeunt in ea doceri ꝓpterea cõcludit Bar pari mo-
do nõ posse iura bononie doceri * licet ab ĩpatore Theo- 239
dosio iussu Ambrosij cõdita fuerit.ut Accur. hic refert id
qđ Cinus Bart.& Ang.sequunt̃ Accur.quẽ Alber.sequi
tur contrariũ tenet Bal.ait non esse disputandũ de bono-
nia quod uerũ est attẽtis hodiernis priuilegijs sed iure cõi
inspecto secus ut loquitur Bar.parp.sequitur glo per tex.
nostrum non obstat ꝙ berytus regia ciuitas id solum ha
bebat ex priuilegio quia non probat Bar.ꝙ condita fue-
rit ab imperatore ut bononia.Itẽ nõ ob.ꝙ ab Alexãdro
cõdita fuerit Alexandria & tamen ibi iura legi non pote
rant quia interuenerat specialis imperatoris ꝓhibitio.&
nõ negat glo quin stante speciali ꝓhibitione etiã bononie
iura legi non possent sunt tamen haec modici momenti.
De bononiensi studio ꝙ approbatũ sit & studij genera
lis priuilegiũ habeat est textus.cum glo in clemen. prima
de magist.quae quidẽ glo.ait ꝙ dicitur bononia quasi su
per omnia bona uel bonorũ notitia nimis amabilis.eãq;
hic ualde extollit Bal grauiter uero in bononienses inuehi
tur Alb.in suo dictio.sup uerbo bononia. De studijs ge-
neralibus & approbatis * ponit Card.in clemen.dudum. 240
in uersi.ab olim q xv de sepul.& clem.i.in prin.col.vlt.
de mag.ubi de initijs & origine studiorũ ponit * Sed du- 241
bito ne Bar.hic male dicat ꝙ Theodosius bononiã fece-
rit quũ eius origo sit adeo antiqua ut nõ reperiatur quo
tempore condita fuerit.testis Plinius lib.3.& tradunt alij
historici nisi saluando dicas Theodosiũ ciuitatem ipsam
fere ad internitionẽ redegisse postea iussu Ambrosij reedi
ficasse ut historici scribunt.& unũ incidenter a Bar. dictũ
notabis * ꝙ post ꝗ̃ fuit doctoratus in religiosum & ame 242
nũ secessit locum ubi lõgo tempore uacauit studio. cuius
actio ceterorũ deberet esse instructio,qui auiditate rapien
di ad officia & cõsultationes miseri & ieiuni illico se trans
ferunt & cõuertunt.de qua secessione ad studendũ elegãs
extat Pli.epistola.1.in.7.lib. Tangit postmodũ Bar.no.
alium art. * an hodie possint ubique iura doceri. cõcludit 243
ꝙ non praeterꝗ̃ in locis id habentibus ex priuilegio uel
cõsuetudine antiquissima ad hunc tex.se fundantẽ in ꝓhi
bitione ob adulterinã doctrinã quae olim in alijs tradeba
tur urbibus.quod hodie cessare uidetur quũ sint multi pe
riti uerã docentes scientiã resp. Bar.& clarius Alber.fuisse
hanc non finalẽ sed impulsiuã causam.ideo ea cessante nõ
cessat huius tex prohibitio.ut patet ex deductis hic per
Bar.hanc concl.tenet gl.i.in.c.tue fraternitatis de cle.non
resid.Bal.uult posse in omnibus locis solemnibus iura do
ceri licet ibi qs doctorari nõ possit nisi adsit priuilegium
uel consuetudo antiquissima nec ibi studentes priuilegiis
scholarium muniantur. Ab.in.d.c.tue tenet etiam in ca-
stellis posse hodie iura doceri per illum tex.quãuis fateat̃

ut hic Bald. cessare ibi priuilegia scholariũ sunt etiam hæc
de mente Car in d. clem. dudũ. col. 6. Et videtur pro istis
alius eẽ tex. in l. sed & reprobari in. §. fi. ff. de excu. tut. Sed
non resp. præfati doct. ad tex. nostrum expresse oppositũ
244 volentem. Consuetudo tamen pro eis est ideo vercellis
sæpe iura leguntur. & dicebat Ricardus malũbra id posse
ibi de iure fieri olim fuit in ciuitate illa inclita vnde mihi
origo est generale studiũ legebat ibi Obertus de bobio q
tunc consuluit Blancham francorũ reginam a tutella filij
impuberis repelli non debere, licet pro tanto regno ido-
neos non posset fideiussores dare sed sufficere tales qui re
periri poterant pstare ut refert Ia. de san. Geor. in trac. feu.
in prin legebat ibi pariter Signoro. de homodeis ut ipse
in suo consi. xxiij testatur & antiquior Sali. cuius scripta
i. l. filio pto ff. de iniusto rup. penes me sunt Extãtq; adhuc
in volumine statutorũ ciuitatis complura statuta in fauo-
rem scholariũ facta. sed factiones ciuium fere omnia ad in
ternitionẽ redegerunt destructũ tunc fuit studium. nec in
de restitutũ. Retenta cõclusione Bart. limitabis eam in
245 valde disciplinatis ita Ioan de pla. in rub C. de profes. &
med. lib. x idẽ in medicis qui vbique medici nam legere
possunt. ita Nico. de nea. in l. sed & reprobari. in. §. am
246 plius col. ij ff. de excu tut. inferens in hoc deterioris eẽ cõ
ditionis legistas q̃ artistas. Approbatur tamen Bart. in-
quantũ equiparat priuilegium & antiquam consuetudi-
nem quorũ altero in loco vigente licitum est ibi iura le-
247 gi vt hic per Bal Alber. & alios Alex. consi. vj. cũ sequen
ti volu. j. Barb consi. ix. col j & consi. 36. volu. j Dec. con
silio. 55. colum. j. & Cur. post trac. feu. in consi. 10. colũ ij.
Ob talem attamen consuetudinem non posset eo in lo-
co quis doctorari nisi & id introduxisset cõsuetudo uel
248 priuilegiũ ad esset fm Bald. hic & in consi. xxvj. alias 36.
volu j de vrbe mediolani loquentem ibi enim ex antiquis
sima consuetudine leguntur iura doctoratus non datur.
Et vult Bald tale priuilegium ab imperatore vel papa
dari debere eo quia nemo potest, principe excepto inter-
pretandi & exponendi leges licentiam dare. l. fi. C. de leg.
249 Ab. in. d c. tue col ij. imperator tamen in iure ciuili tan-
tum auctoritatem designandi doctorem dare potest. Fel.
in c per tuas col. ij. de maio & obedien. Moder. bono. in
repe. auct. habita. col. ix. C. ne fil. pro patre. papa vero in
iure cano. & sacra pagina. nõ in ciuili iure. secundũ Firm:
in suo repertorio in verbo doctor num. mihi. lxi. licet q̃n
seruari contrarium referat non enim vnus de actu ad aliũ
spectante se immiscere debet. l consulta. C. de testa. In pa
pa forte contrarium est verius quum habeat superiorita
tem ad imperatorem. c. solite de maio. & obed. traditur in
c. nouit. de iudic. nec huic scientiæ subsit. sicuti imperator
scientiæ canonũ. c. ecclesia sanctæ marie. de constitu. Ex
quo solui potest quæstio mota per Io. fab. in. §. respõsa
250 institu. de iure naturali quam simpliciter ibi refert Ange.
are. cur. n. dicit ecclesia in doctoribus se intromittit et quõ
doctores auctoritate apostolica creantur nam semper di
citur in licentia auctoritate reuerendissimi Cancellarij te in
vtroque iure licentiatum pronuncio & tamen scientia ci-
uilis ad ecclesiam non pertinet. c super specula ne cler. vel
mona. dicunt præfati q clem. i. cum sequ. de magist. hoc de
clarare debuisset Solue q sine auctoritate apostolica ut
dixi quis doctorari non põt ideo interuenit & præstat &
auctoritatẽ in iure ciuili quia sedes apostolica imperatori
etiã præest. vel aliter q scientia & leges sunt donũ dei. c.
reuertimini. 16. q j. & l ij. infra de legibus ideo auctorizat
ecclesia & ob id cõiter episcopi sunt Cancellarij studiorũ.
arbitror tamen q absque diocesano in studio habente
251 priuilegium doctorandi ab imperatore posset quis in iu-
re ciuili tantum doctorari quũ princeps concedens priui-
legium id solo uerbo facere possit. l. apud eũ in. §. impera
tor. ff. de manu. notat Are. in. d. §. responsa in studijs tamẽ
generalibus etiã q gradum iuris ciuilis tantum quis ca-
piat vocat cancellarius & ita in hoc almo collegio nostro
seruari vidimus. Quot vero doctores requirant ad lar 252
giendum alicui gradũ ponunt Ab. & Dec in. c propositi
sti. de pba. & an semel approbatus reprobari possit, uel re
probatus approbari. Et an cõpromotores uocẽ dari pos-
sint. dictũ fuit supra in prin. constitutionis insertur ex præ
dictis fm Bar & Alber. q uerba illa quibus utimur in 253
dando doctorandis licentiam legendi vbique locorũ de
idoneis & approbatis intelliguntur sed secundũ opi Bal.
& Ab. supra relatam intelliguntur sine distinctione quo
ad actum legendi. verũ est priuilegia legẽtibus & studen
tibus concessa nõ cõpetere nisi legentibus in studijs gene-
ralibus & approbatis per prædicta & gl. hic in uerbo cõ
mittunt priuilegia doctorũ et scholariũ inuenies enume 254
rari per Bologninũ in. d. auct. habita. Barba. in proœ. de.
aliquid Parp. in repe. l. placet. C. de sac. san. eccle. Sed quia
Accur. hic dixit q docentes leges in locis approbatis ex-
cusationẽ ab oĩbus muneribus habent per. l. medicos. C.
de profes. & med. lib. x. fm Parp. est magna dubitatio qui
gl. nõ aperit vtrum a taleis & sic a realibus dubitauit gl. 255
in. d. l. sed & reprobari in fi sed communiter tenetur q sic,
ut per doc. in. d l. medicos de quo per eundem Parpa. in
rep. d. l. placet col. 19. cum sequ. ubi quid iuris in scholari-
bus tangit. & ibi etiam ponit q a realibus tantum actu le
gentes eximuntur quãuis Bar dubitauerit in. d. l. medi- 256
cos & Aquẽ. in. l. centurio col. j. ff de uulg. indecisum reli
querit quia pẽdebat de facto in ciuitate Taurini & ibidẽ
col. 8. pulchre ponit Lanc. galiaula in rep. sua & Mod de
ripa lib. ij. de rescr. & præal. & principiũ grat. c. 20. in qui-
bus locis circa doc. non legentes contrarias inuenies scrib.
sententias. Sed utiliorem moueo dubitationẽ nunquid 257
legentes extra propriam patriam a realibus excusentur
non solum ubi legunt sed etiam in patria propria Barb.
in proœ. cle. in. ij. lec. in octauo priuilegio doctorũ tenet
q nõ per. d. l. sed & reprobari. ff. de excu. tuto. præterq̃ in
doctore eminentis scientiæ qui propter excellentiã excu-
satur a muneribus patrie nã ubicunq; legat patriam suã
honorat & dicitur illius decus allegat text. quẽ sing. dicit
in. d. l. sed & reprobari in uerbo valde disciplinatos ubi
Bal. sequitur dicens. ibi eos debere habere utilitatẽ ubi fa-
ciunt vtilitatẽ in hãc sententiã inclinabat alias uenerandũ
doctorum collegiũ nostre ciuitatis uercellarũ cõtra quen
dam præstantissimũ doctorem hic legẽtem q soluere te-
neretur collectas, p bonis in ipsa ciuitate sitis. quũ ibi non
legeret. Ego contrarie fui opinionis q imo doctor legẽs
in loco approbato immunitatẽ consequatur a realibus ẽt
in patria sua pro bonis ibi iacentibus adducebã text. in. l.
eos in prin. ff. de vac. & excu. mun ita tenet Ioã de pla. in
rub. C. de profes. & med. lib. x & ita per illum tex. et quæ
dam alia consuluerunt iac. put. & Hiero. tortus quorum
cõsilia penes me sunt & lex sed & reprobari non loqtur
de legente in studio generali et approbato ij. no. q in ipsẽ
didissima ciuitate Alexandrie & in alijs hic nominatis iu
ra doctores dicunt in leges cõmittere condita fuit Alexan-
dria egypti ab Alexãdro magno Iustinus lib. 12. & Li- 258
uius lib. 8. vrbis cõdite ubi de tẽpore cõditionis inuenias
de quo etiã per pli. c. x. li 5 De cesareis ciuitatibus tradit &
pli c. 13. lib. v. volater. sabel. & alij historici. Tertio not.
ibi adulterinã q doctrina imperitorũ doct. dicitur adul 259
terina sicut & falsa moneta dicitur adulerina vt. C. de fal.
mo. per tot. & ad similitudinẽ natorum ex adulterio qui
veri filij non dicuntur secundum Albericũ. in terminario
aũt de qua facit statim mentionem tex. est prohibitio 260
cum pena ut hic per Alb. & in dictionario suo super hoc
vocabulo. Quarto no. ibi denarium iuncta glo. q etiã 261
in materia pœnali pena importat viginti & est cõis doc.
conclusio ut per Alex. in l. stipulatio ista. in. §. in stipula-
tionibus vbi Ias. in. §. cum qui ff. de verb. obli. & sic docẽ
tes alibi q̃ in locis approbatis puniunt graui pena pecu-
niaria quæ ascẽdebat ad aureorũ duo milia, octoginta dẽ
pris. Vltimo no. in fi. §. q docentes adulterinã scientiam

vltra prædictam pœnam de ciuitatibus expelli debent dí
cuntur tales expulsi potius banniti q̃ deportati secūdum
262 Bar.& Alb.✠ De expulsis aliqua inuenies per Bar. in.l.fi.
col.ij.infra de in integ resti.& in l certa forma.C.de iur.fis.
lib.x.& Dec in.c.ex literis de consti An autē quomodo
& quando banniti equiparentur deportatis.ponit Anch.
consi.cclxxv. Signo consi.cxix. Alex consi.xxvj.vol j.
& consi.cxvj.volum.ij. In glo committunt ad not. glo.
263 ✠ quod nō debet l iuuari qui committit in legem, multa
adducit glo.in.l.auxilium in fin ƒ.de mino.& in.c.quia fru
stra de vsur.propterea posteaq̃ incidit quis in periurium
264 non potest obtinere absolutionem a iuramento • etiam
ꝙ alias concedenda fuisset quia peccauit in legem petēda
igitur est ante contrauentionem aliq̃ Alexan.consi.222.
col.ij volu.ij.& consi.xvij.colum j.vol iij. Corn.consi.6.
colum.pen volu.j.Soci. consi lix in ij difficultate. vol.iij.
& Deci.consi.clj. colum.j. vbi loquitur in summo ponti-
fice qui tamen aliquando post periurij reatum concedit
absolutionem a iuramento et a piurio quod quis incurrit
de quo plura scripsi in.l.si quis maior. C. de transact.& in
l.ij.C.de rescin. vendi. imo elapso termino solutionis ante
concessam absol.pronunciandum est supplicantem periu
rum a iudicioq̃ repellendum maxime ante se tractasset in
tempore vt per Feli.in.c.debitores col.pen.in.iiij.quęstio.
de iureiu. & Abba in.c.j.colum pen. in.ij.casu illo eo.tit.
Alex.in.l ij in.§ quod diximus.ff.si quis caut. Nisi petita
absolutione iudex mandasset iuranti ne solueret, aut ordi-
nasset interim. nihil noui quia tunc deficiens in solutione
periurium non incurrit vt per Feli loco præalleg.male ta
men faceret iudex laxans tale præceptum quando petita
esset absol a iura. instante termino solutionis per ea quæ
scribit Abba in.d.c j colum.ij.

Ex.§.illud autem.

Libri legales per ziffras & signa scribēdi nō sunt. nu.265.
Post de vi & significatione istius vocabuli nu.268.
Scienti malitia non succurritur contra malitiam.271
Dominus scienter ab eo qui cecidit a iure suo, per non so-
lutionem recipiens Canonem, vtrum videatur caduci-
tatem remittere ibidem.

Sub diuide in tres particulas in prima ponitur prohibi
tio in secūda penarum impositio in tertia ratio impulsiua
pene pecuniarie.secunda est ibi sciturus tertia ibi quum &
265 ipse. Not primo ex isto text. • quod libri legales scribi
non debent per signa Accursi. intelligit de signo totam
vnam orationem representans non quod omnino velit
abbreuiationes prohibere sequitur Bar. licet corrupte di-
cat recitatorie sed repone resecatorie. Bart.tamen in.l.quo
tiens.§.j ff de here.insti. & in.l. sed cum patrono in.§.fi ff.
de bo.pos.dicit istud etiam procedere in ziffris & notis so
litis & cognitis vt.v nō possit representare quinq̃. nec.x.
decem in legibus & testamentis per text hic & in.l.ii.in.§.
pen.C de vet iur.enucl.& auct.ꝙ fine.C de testa.secus in
aliis instrumentis & dispositionibus per illum. §.j. & se-
quuntur.communiter scriben.vt per Felin. in.c.j. col.viij.
de fid.instru.Cor.in.d.auct.quod fine Alex.consi.cliij.vo-
lu.ij. & consi.146. colum.4. vol.v.Barb. in.c.cum acces-
sissent colum.iij.& in.c.cum.M fer.col ij.de consti. vbi ta-
men dicit quod etiam in libris legalibus aliquando scri-
buntur note he solite. Alberi. hic in fi.referens distinctio-
nem prædictam post Iac.de are.tenet hic solum prohiberi
266 abbreuiationes incognitas & dubias ✠ puta per signa &
characteres artis notorie et algorismi vel similia.et sequere
hanc opi.tanq̃ veriorem p tex d.l.ii.ad fi.pe.col.ibi q no
stras leges p signorum obscuritatē ausi fuerint cōscribere.
ergo solum prohibenf sub obscura signa non solite & co
gnite note intelligif itaq̃ iste text. de signis obscuris.& in-
267 solitis. Secundo nota ibi maximum discrimen ✠ q̃ ex
compendio ad maximū plerunq̃ deuenitur dispendium
ideo glo hic dicit dum laboro fieri breuis fio obscurus de
quo plene Feli.in procę.decre.colum.ij.& dixi supra in.§.
itaq̃. Tertio no.ex secunda particula istius.§. ꝙ scribētes
legales libros contra prohibitionem superius factam du-
plicem incurrunt penam criminalem scilicet & ciuilem pe
cuniariam. Ex quo infert Albe.ꝙ dictio post non impor
tat ordinem seu temporis successionem & stat pro vltra.
De vi istius vocabuli post • late tradit Alb.in dictio.Barb. 268
in.c.fi.colum.viij. de rescript. in.c.post cessionem col j.de
proba.in.c.cum M.colum.17 de const.Ias.in.l.fructus co
lum.ij.& in.l post dotem colum.j.ff.solu.mat. Alex.in.l.j.
quis cum.§.j col.j.ff.de vulg in quibus locis doctores prę
fati multas determinant quæstiones. Puniuntur ergo cō
tra facientes criminali pena sed vis est in cognoscendo quę
sit criminalis ista pena glo.declarat tripliciter vltimam am
plectaris • per tex apertum in.l.ij col.pen. ad fi.C.de vet. 269
iur.enucl.quem tex.gl.hic in fi. voluit allegare sed est cor-
rupta. Secunda est pena dupli extimationis libri quę daf
domino libri ✠ videbaf ꝙ dominus nihil consequi debe 270
ret.imputetur enim ei si vitia libri non perquisiuit ex quo
sunt aperta non latentia & ꝓ aperto vitio non datur re-
dibitoria.l.quæritur in fin.infra de edil.edict.Respondet
hic Alb.i.illam non habere locum in libris quorum em-
ptor in perquirendo vitia curiosus esse non debet ꝙ not.
& vide Aret.in.§.fin.inst.de suspec.tut.& in.§.in duplum
insti de act. Quare autem sit potius taxatum duplum q̃
triplum vel simplum quicquid alii dicāt iuris positiui esse
credo ideo satis est dicere sic placuisse imperatori. Quarto
not.ibi nescienti dederit iuncta glo. quod pena dupli lo-
cum sibi vendicat, quando dominus vitii ignorans erat
alias secus sequuntur Bart.Bal & alii quia scienti malitiam
non succurritur contra malitiam ✠ facit regula.l. cum do 271
nationis.C.de transact.& l.j.in fin.infra de actio.empt.di-
cta Alex.& Ias.in.l i in.j.col.C.de iudi in arti.an dominus
recipiens scienter canonem videatur emphiteote caduci-
tatem remittere ✠ el.ij.de quo pulchre etiam Deci.in cōsi. 271
dxxxv colum.penul.& fin.& in proposito est tex. in.l.ii.
colum.fin.in princ.C.de vete.iur.enucle. Vltimo notab.
• quod talis liber per signa scriptus inutilis est. & pro ni- 272
hilo penes libri dominum quia nullus iudex admittit il-
lius recitationem. nec illi fidem adhibet.ad idem text.pro-
xime alleg.Et sic ablatiui absoluti de quibus hic non stant
conditionaliter sed casualiter i.quia nullus iudex cōcedet,
vt late traditur rub ff solu.mat. Glo i.innuit hanc consti-
tutionem factam post.l ii.C.de veter.iur.enucle.& conse-
quenter post secundam editionem.C.sed damnatur p Al-
ber. quia facte fuerunt eodem tempore • & iustiniano in 273
eodem consulatu existente tertio.f. vt hic & ibi patet. &
fit ante secundam compilationem.C. licet in illa, secunda
compilatione postea.l.prædicta fuerit inserta. sed præsens
constitutio prius ad doctores missa fuit illa postmodum
ad senatum & populos quæ de hac mentionem facit.

Ex.§.illud vero.

Oppidum omnis locus dicitur præter Romam. nu.274.
Scholares ludis se non immisceant.& de acquisitis in ludo
nu 275. cum sequen.
Anima prius debet erudiri quam lingua nu.278.
Iurisdictio in scholares quibus detur nu.280.
De renunciatione priuilegii aut habita per scholares in
crimine facta nu.283.
Beneficio miserationis causa indulto an possit renunciari.
numero.289.

Sequitur interpretatio in.§.illud vero.

Primo remouet impedimenta studii.secundo dat iudi-
ces.ibi secunda, & hæc quidem opponitur in primis dum

ait berytensium oppido quia immo ciuitas est metropo-
litana.l.vnica.C.de met. beryto lib.xj Alber. rñdet forte
oppidum in larga significatione cõprehendere ciuitatem.
374 tu dic ⊕ ꝙ omnis ciuitas dr̄ oppidū preter Romam quæ
per excellētiam vrbs dicit̃ vt per Calepinum in verbo op
375 pidum. Not.primo ꝙ scholares nõ debēt ludere ✻ neꝗ
se ludis immiscere maxime rudes & nouitii de noxiis &
inhonestis intelligas,alii ludi sunt in vita necessarii vt hic ꝑ
Cinum & Albe. & in oratione supra impressa dixi q aūt
376 sint liciti & qui illiciti ⊕ & quomodo ac qualiter late ha-
betur in tractatibus de ludo & maxime per Costam &
Puteum. An vero in ludo acquisita iuste retineant̃ reperi
tiue possint vltra scripta ꝑ eos & summam Angelicam in
verbo ludus consuluerunt. Baro.& Alex.sibi inuicem cõ
trariantes. Alexan consi.lxxvij.volu.v.Barba.consil iv.
377 volu.iij. Secundo nota. ibi & alia crimina ✻ ludum esse
crimen. Ex quo infert̃ ad quæstionem de qua hic per Bar.
qui corruptus est repone lecturam eius vt hic per Alex. in
apostillis facit ad aliam not quæstionem valere ꝓmissio-
nem pene casu quo reperiat̃ ꝓmittens ludere vt ꝑ Bar. in
l.ex ead parte.§.j.per illum tex.ff de verborum obligatio.
378 Tertio not. moralem tex. quē semper allegamus ✠ opor
tere prius animas deinde linguas fieri eruditas dupliciter
exponit Albe. illa est melior oportere prius animas esse a
vitiis mundas easq; moribus insigniri deinde linguas qd'
pro optimo consilio signent scholares de quo pulchre ꝑ
Seue.in tracta de modo stud.colum.j. Ex hoc infertur qui
vbi sub cautela verborum quis mentiret̃ reprehēsione di-
gnus esset. Ideo fugienda cautela veritate existēte in oppo
situm glo.in.c excep.in fi.de reg iu lib.vj.facit illud lactā-
tii sicut in rudibus agris priusꝗ serere incipias euulsis sen-
tibus & omniū stirpium radicibus amputatis arua purgā
da sic de animis nostris prius vitia detrahēda, & tunc de-
mum virtutes inserēde, faciūt similiter quę pulchre scribit.
A.Gelli.capite vltimo.lib.xii. hinc dicit Bal. in aucten.ha-
bita in quinto notabi. per illum tex. C.ne filius pro patre
379 ⊕ prius Deo ꝗ Cæsari obediendum esse in pace & bello
quum iubet aut mādat indebitū & apud Liuiū in quinto
ab vrbe cōdi. Camillus dicebat intuemini horū deinceps
annorum vel secūdas res vel aduersas inuenietis omnia ꝓ
spere euenisse sequētibus deos aduersa spernentibus dice-
bat que Xenocrates bene fortunatum esse q animā habet
studiosam testis Philosophus secūdu topicorum. Et quia
de linguis erudiēdis hic est mētio. Albe.ponit de variis lin-
guis.sed latius in dictionario in verbo lingua Quarto no.
ꝙ in ciuitate Cōstātinopolitana vrbis præfectus sup scho-
laris iurisdictionē habet sicq; alii doc eā non habent arg l.
quum aliquis colonus C.vbi causæ fisca. secundum Alb.
in aliis aūt ciuitatibus & studiis eādem habēt iurisdictionē
vt tex.subdit rector loci episcopus & legum professores
380 & consequenter ✻ super delictis scholarium ortis ex ludis
noxiis inter scholares vel scriptores vindicta doctoribus
est concessa.sicuti studii gubernatoribus & dño super fa-
miliam argumē.per totum tit.C.de pa.potest.&.j.de fur-
tis.l.serui & filii in aliis tñ negotiis per hunc tex non con-
cedit̃ doctoribus iurisdictio in scholares quia vnus inclu-
sio.&c l.maritus.C.de procur l cum prætor. infra de iu-
diciis.& quia limitata causa.&c l.age.C de transactio. ita
etiam hic tenet Alber. subiiciens tñ hodie ampliatam esse
eorum iurisdictionem ꝑ auc.habita.C.ne fil pro pat.et est
381 hic casus in quo minor. xviii. annis ✠ iudex esse potest
sine alia dispensatione imperiali vt per Alex. in.l.quidam
consulebat ad fi.ff.de re iu.sed satis dicitur imperatoris au-
ctoritas interuenire ex quo concedit ea in etate ad docto-
ratus apicem quem recipi.de qua materia late ꝑ Moder.in
382 repet in d.auct.habita. Et vt glo subiūgit ✻ hæc iurisdi-
ctio doctorū. in ciuilibus delegabilis est ꝙ indubitatum
est apud Bar.in l.ambitiosa in fi.ff de decre.ab ord facien.
Alex.in.l.solet in fi.ff de iur om.iud Cur.in trac. feu.par.
vlt.q.viij.ad id ꝙ glo. dicit de magistris aliarum facultatū
ꝙ habēt iurisdictionem vidēdum est ꝙ pulchre dixit Bar.
in rep l.omnes populi in vj.q j.q.principalis.ff. de iust &
iur. Subiicit glo nostra.ad fi.nõ seruari vt in criminalibus
doct.cognoscāt ⊕ sed episcopus vel potestas cognoscunt 383
præsupponit ꝙ doct. habeāt in scholares iurisdictionem
etiā in criminalibus id ꝙ tenēt gl Bar.& alii in.d.auct ha-
bita.& Fel.in.c.significasti ad fi.de fo compe.quæ tñ opi.
in puncto iuris non procedit nec iure probat̃ auct.n.habi
ta loquit̃ in litibus & causis ciuilibus non in criminalibus
patet ibi verum tñ si litem verbum n.litis ad ciuilia refert̃.
l.litis nomine ff. de verbo sig. & clarissime se ibi declarat
tex.dum ait causa etiam si iustissima fuerit ꝓ tali conami-
ne depriuet̃ ex quo aperte patet ꝙ loquitur de causis ciui
libus nõ de criminalibus in quibus talis non cadit priuatio
quum intententur ad publicam vtilitatē vt in.l.imperiū.ſ.
de iur.om iud nec ob.hic tex.qui loquitur tñ in crimina-
libus ex ludo descendentibus vt.ſ. post Alber. dictū fuit.
Retenta tñ opin. ✻ ꝙ hæc iurisdictio sit doctoribus con- 384
cessa in criminalibus scias non seruari de consuetudine ſm
glo.hic.& in d.auct habita vbi Bar.& alii quia est renun-
ciatum in criminalibus vt ibi per eos. De qua renuncia-
tione & illius causa late tradit Seue in tract. de modo stu.
col.xiiij.versi.x. consulo. vbi refert ꝙ tempore Azo erāt
Bononie decem millia scholarium et orta discēsione inter
Lumbardos & Tuscos in maximo fuit ciuitas constituta
periculo. & tūc renunciarūt priuilegiis illius auct.in crimi-
nalibus & potestatis iurisdictioni in criminalibus se subiect
serūt vt ꝑ Odof.in præalleg.auct quæ tñ renunciatio non
præiudicaret existētibus in aliis studiis, vbi renūciatū non
fuit.Abb.& Barb.in.c quum olim col.fi.de cõsue. Feli. in
c.significasti in fin.de offi.deleg.repetens in d auct habita
col.xxix cum sequen. ⊕ Sed hic & vbiq; locorum de cõ 385
suetudine seruatur ꝙ in criminalibus scholares priuilegio
non luuētur sed bene in ciuilibus. Parp.hic arbitratur re-
nūciationem illam factam ꝑ scholares Bonoñ. nõ valuisse
eo quia concessio facta fuit miserationis causa ita ꝓbatur
in.d.auct.habita.ibi quis. n eorum non misereatur ✻ & fa 386
uori inducto miserationis causa renūciari non pōt gl fin.
in.l.vnica. in verbo excedere. C. quando imperator inter
pup.& vid.volens prædictas personas non posse renun-
ciare priuilegio illius l.miserationis causa inducto sequunt̃
communiter doct.vt ꝑ Alex in l si quis in conscribendo
col.fi.C.de pact.Feli.in.c.si diligenti.col.iii versi tertium
corollarium.de' for.compe vbi rationē assignat quia talis
renūciatio misericordiam tolleret. sicq; cōtra bonos mo-
res esset ergo nulla vt.C.de pact.l.pacta quæ contra ideo
infert Feli. ꝙ ꝑsone actu miserabiles nõ possunt renūciare
priuilegio fori ecclesiastici,propterea dicebat alias Parp. se
vidisse in causa cuiusdā vidue quæ coram ordinario iam
erat ad ius ✻ ipsa petēre factam fuisse remissionem coram 387
principe quia ꝑ consensum præstitum in litigando coram
ordinario nõ potuit renūciare priuilegio.d.l.vnice. in hac
tñ ducali patria decretum principis oppositum disponit
post lit.conte. Ad ornamētum & ampliationem prædi-
cte glo. ✻ vide dicta Alex.in consi.122.col iii versi sed re 388
gula vol.iiii. ponentis ꝙ vbicunq; beneficium est fauore
miserationis cōcessum non intelligitur sublatum ꝑ gene-
ralem clausulam reuocationem omnium in contrariū cō-
cessiorum nisi de ipso specialis & singularis sit facta mētio
de quo etiam Feli. in.c.nonnulli in prin in.v.col. de rescr.
immo requirunt̃ verba spetiacissima ſm Rom cõsil.169.
versi.ꝙ autem. Prædictis tamen non obst. ✻ contrariam 389
opi. arbitros esse veriorem ꝙ immo beneficio miseratio-
nis gratia indulto renunciari posit ita sensit in præallega.
consi.Rom.dū specialissima requirit verba ergo eis inter-
uenientibus vult posse renūciari & ita tenet Ias.in.l. q Ro
me.in prin col.j.& seq ff de verb.obli ꝑ regulam l si quis
in conscribendo C.de pact.ꝗuis de glo.& prædictis men
tionem non faciat sed alias adducat decisiones ꝓ qua opi.
videtur tex.in.l. de dic cum.l.sequenti. in verbo citeriori
dic ff.

die.ff.de pact.dotal.& melior text in.l.iurisgentium in §.
quinimmo in verbo statim.ff.de pact. qui vult posse fieri
pactum de dote statim restituenda solut. matrimo. proue
hodie plerunque fit promittit enim quis dotem restituere
in omnem casum dotis restituende anno & die minime
expectatis, & tamen tempus anni quod datur ad soluen-
dum dotem solu matrimo.miserationis gratia conceditur
Bart.in.l.ita stipulatus col xv.in j.q.de verb.oblig. Alex.
in.l si mora.col iiij.ff.solu.matri. Mathe in suis sing.fol.xj.
sing.incip.nota quod tempus. Non obstat modo glo.d.l.
vnice quia nihil allegat. erubescimus igitur quum sine.l.
loquimur.l.illam C.de colla.& a glo etiam communiter
approbata recedendum est. quum bonis conuincitur ra-
tionibus. vt per Aquens.in rep.l.vt vim.col.pe ff. de iust.
& iure quinimmo tex.d.l.vnice stringit pro ista opinione
in illis verbis ne terminos prouinciarum suarum cogãtur
excedere.ergo si non coacte sed valentes, vt quia renun-
ciarunt.cessat illius legis beneficium, vbi enim verba.l.nõ
adaptantur lex locum non habet vt per Bar. in l.iiij.in.§.
prætor ait.ad fi.ff de dam.infec. Ad rationem Feli.de mi
sericordia tollenda respon. qđ ex quo tollitur ab ipso cui
beneficium indultum fuit mediante sue renũciatione hoc
toleratur.illique imputandum est qui renunciauit regula
290 damnum de re.iur.in vi. Vltimo not. ✠ quod episcopus
beatissimus dicitur quod hodie est epitheton pape, episco
pus autem Reuerendissimus appellatur. de quibus late tra
ditur in.l.j infra de officio eius.

Ex.§.fi.procemi ffurum.

Præceptoris honor est habere bonos scholares.nu.292.
De permutatione glauci & diomedis nu.294.
Episcopa an debeat habere datam nu.296.
Tertium consul & tertio consul recte dicitur.nu.297.

Sequitur §.fin.

Hortatur hic scholares ad studium ſm modum prædi
ctum.obseruantiã inde mandat. & datam epistole ponit.
sicq; in tres diuiditur partes.Secunda ibi.quę omnia tertia
291 ibi data. Noto primo • q. studentes nunc aperta sciẽtia
iuxta prædictum modum effici poterunt optime iustitie
& reipublice ministri & maximũ fructum reportare. cõ-
cordat tex.in.§ fi cum not.ibi per Ang.aret.in procemio
292 institu. Secundo not. ibi maximũ decus • q̃ præceptori
decus est habere bonos scholares secundum Accursium
facit quia poterũt conseruare & defendere eius opiniones
sicuti fecit Cassius sententiam Sabini sui magistri vt dicit
in.l.dicere ff.de arbitris. & pulchre Raynerius contra Si-
gnorolum in suo consilio posito post cõsilia Signo. faciũt
quæ diximus supra in.§ itaq; in not & glo.in auct cõsti-
tu.quæ de dignita.in.§ gñaliter in verbo nobilis quæ dicit
293 • doctorem nobilitari per scholares. dixit etiam Barto.in
auct de defen.ciui in prin.q̃ doctor habẽs meliores scho-
294 lares est dignior. Tertio not. ✠ q̃ hodie talis inuenta est
legibus permutatio.qualem apud Homerum Glaucus &
Diomedes inter se dissimilia permutantes fecerunt.in lau-
dem Homeri plura scribit Quintil lib.ix.de inst oratoria.
& Plutar.in vita Homeri. eius patrem ignotũ asserit, im-
mo & patriam ſm Ciceronem in oratione ꝓ archiadum
ait. Homerum colophonij ciuem esse dicunt suũ. chij suũ
vendicant salaminij repetunt smirni vero suum esse cõfir-
mant. itaq; & delubrum eius in vrbe dedicarunt. per mul
tique alij prætera pugnant atq; contendunt inter sese.

Hinc Gel.c.xj.lib.iij.

Septem vrbes certant de stirpe insignis Homeri
Smyrna Rhodus colophon.salamin.ius argos athene.

Quantum ad historiam hic tactam quia glo.volens decla
rare tex fabulam recitat.et nesciens quid dicat.imperatorẽ
audet reprehẽdere, eo quod simile adductum sit multum
a remotis. Sciæ • q̃ Diomedes grecus & Glaucus troia 295
nus quum in pugna obuij facti essent & manus cõserturi
viderenť inuicem vt sit sciscitantes. alter alterius genus &
patriam, amicitiã hospitiũq; auitum agnouerũt.& iũctis
dextris amicitiam cõfirmarũt quo facto Diomedes astu-
tus commutemus inquit arma inuicem vt oẽs agnoscant
amicitiam auitam inter nos fuisse renouatã & Glaucus in
tantam amentiam Ioue mentem eripiente, ꝓlapsus est. vt
arma aurea quæ centum bobus erãt extimata. ereis armis
nouemq; bobus extimatis cõtinuo commutaret. vt in sex
to iliados Homerus scribit. & Plinius.c.j. libr.xxxiij.hæc
est permutatio de qua hic mentio habetur optimeq; con-
uenit id simile. vult enim dicere imperator quod hodie in
uenta est talis permutatio in legibus qualem cum Glauco
Diomedes fecit qui arma habuit aurea centum bouum ꝓ
armis areis nouem bouum. Ita habemus nũc leges aureas
& perutiles pro legibus quæ erant eree & modici fructus
propter magnam confusionem.hic est verus litere sensus.
historiam hanc late prosequitur Budeus in.l.j.ff de cõtra-
hen.emp.Erasmus in prouerbiis Alcia.lib.ij. prætermisso
rum Fort garg in.l.iurisgen in prin.col.xiij.cum sequen.
ff de pact.& ante eos Angel.politianus in prima centuria
miscellaneorum.c.xciij. dicẽs in libris impressis deesse quę
dam verba quæ sunt in pandectis florentinis post illa ver
ba dissimilia permutantes hæc videlicet.crisea calcion eca-
tũni enea vion.i. aurea ereis centenaria nouenariis de quo
videndum est etiam id quod scribit Ange politia. in sua
epistola.xxx. Vir quidam latine greceque doctus sic la-
tinum hunc locum reddidit.

Iupiter hic stupidum spoliauit pectore glaucum
Qui cum tytide mutarit protinus arma,&
Aurea donarit sibi reddenti era centum
Bubus emenda daret demens pro vilibus, atque
Quæ vix esse nouem dicas redimenda iuuencis.

Quotiens ergo permutationem vehementer inequalem
significare volumus. Diomedis & Glauci permutationẽ
esse dicimus facit illud Martialis. Tam stupidus nunquam
nec tu puto Glauce fuisti. Calcea donãti crisea q̃ dederas.
Quarto no.ibi data • quod epistola missiua datam con 296
tinere debet. Albe.non esse id de necessitate dicit per l.pu
blia.in § lucius infra depositi.de quo articulo an videlicet
tempus sit de substantia constitutionis vel epistole ponit
glo.vbi per scribentes in data sexti libri Bart. in extrauag.
qui sint rebel.ad fin. super verbo data pulchre Barbat. in
procemio clemen. fol.xij.col.iij.cum sequenti.& in rubri.
supra circa finem diximus.

Et quia de data epistole & orationis hic fit mentio non
erit vt reor inutile nec infructuosum aliqua dicere & de-
clarare ad datam literarum pertinentia prout etiam fecit
glo. Sed non perfecte in data sexti libri præcipue de calen
dis nonis & idibus, modoq; ac ordine scribendi & de ra-
tione de quibus prius pulchre scripserat glossator iuris ci-
uilis in l.cum bissextus.ff.de verb.sig.

Notãdũ in primis q̃ verbũ data refert epistolã vel orõ-
nem præsentem, & hoc modo loquiť etiam summus Pon-
tifex ad finem sexti libri ibi data Rome &c. & etiam sepe
Cicero in epistolis suis in quibus aliquãdo etiam dicit scri-
bitq; datum &c. & refertur tunc ad epistolium vel scriptũ
a Calende cum.c.exilij & vnico.l scribitur nec illorum ad
mittenda est consuetudo vel ratio qui p K. græcam literã
dictionem illam vel aliam q̃uis scribendam contendunt
vt tradit Tortelius in sua ortographia in verbo calende.

Sunt aũt Calende primus dies cuiuslibet mẽsis & quem
admodum curiosissimus in loquẽdo & recõditissime sciẽ
tie Macrobius (vt ait Laurentius valla in c.xv. suarũ ele-
gantiarum) Saturnalium libro primo tradit. Et sequuntur
oẽs alij posteriores. præcipue J.allegandi. Dictæ sunt Ca-
lende a Calo quod est voco quia minor Pontifex Rome
solebat noua luna conspecta plebem vocare vt audiret
quot dies a Calẽdis ad nonas superessent, Et hoc ideo q̃m

nonarum die oportebat populares qui in agris essent in vrbem cōfluere accepturos causas feriarū a Rege sacrorū sciturosq; quid esset eo mense faciendum, unde quidā hinc nonas dictas existimant, quasi noue obseruationis initiū, vel ꝙ ab eo die semper ad idus nouem dies putabanť incluso s & computato ipsarum nonarum die. Idus vero feminini generis & pluraliter tm̄ diuisio dici potest ideo proprie existimanť dies qui mensem diuidunt nā menses & precipue nonas diuidūt a Calendis. iduare siquidem hetruscā lingua diuidere est vnde vidua quasi valde Idua i. valde diuisa a viro, vel vt interpretať iuri consultus in l. maium. ff de verb. sign. siue iduitate. i dualitate vt etiam p Baptistam pium Bononien in suis annot c. lij. Aliqui putarūt dici idus eo ꝙ illo die plena luna videatur a vidēdo quasi vidus mox litera v. detracta vt per Macrobium loco praeal. Tortelium in sua ortographia in verbo Calēde Perotum in Cornucopie fo. 777. cum sequen. Calepinum in verbo Calende & in verbo idus, et Alciatum post gl. in. d. l quum bissextus ff de verb. sig in quibus locis scribētes supra relati quae dicta sunt de Calendis nonis & idibus approbant quibus etiam assentitur Antonius mancinellus in libello de modo scribendi orandiq; tit viij.

Et qui voluere elegāter loqui & nō cum vulgo vt Cic. Plinius & alii docti viri in designatione temporis date vel recepte Epistole seu alterius actus nō apponebant simpliciter diem mensis puta primum secundum vel tertium & sic de aliis, sed dies Calēdarum nonarum vel iduum distinguendo prędicta quemadmodū etiam faciunt nouissimi qui ornate & eleganter scribere loquiq; volunt.

Postquam vidimus in primo die cuiuslibet mensis constitui Calendas & ita nuncupari videamus quibus diebus constituantur none & idus & cui praedictorum terminorum attribuantur dies qui inter vnum & aliud ex adiacentibus praedictis intercedunt.

Scire in primis oportet quot diebus constituatur quilibet mensis siue quot dies habeat, quilibet mensis quod his versibus demonstratur:

Iunius Aprilis septemq; nouemq; tricenos
Plus vnum reliqui sed habet februs octo vicenos
Cui si bissextus fuerit superadditur vnus.

Hos versus referūt glossatores iuris Ciuilis & canonici in locis praealleg. in l. cum bissextus & in Data sexti libri & Mancinellus duos adiungens loco praealleg. Quidam lingua materna dicūt. trēta di ha Nouembre. April Zugno & Settembre vint otto gli ne vn, tutti gli altri na trēta vn.

Dies modo nonarum & iduum nō similiter & indifferenter in omnibus mēsibus constituunť sed diuersimode nam in Martio Maio Iulio & Octobri septima luce ac die nonarum cōstituiť dies. In aliis aūt mēsibus quinta, Ianuario Februario Aprili iunio Augusto Septembri Nouembri & Decembri vnde versus, Sex nonas Maius October Iulius & Mars, Quatuor at reliqui, tenet idus qlibet octo prout tradunt glossatores iuris Ciuilis & canonici in locis praealle. oēs itaq; hi dies qui inter Calēdas & nonas intercedunt nonarum cognominatione censenť ipso nonarū die incluso & connumerato vt j. apertius declarabiť. At nonis exactis proximos octo dies in quolibet mēse iduū similiter cognominatione significabimus sed pari ratione tum ordinis tum etiā annumerationis reliquos vero eius mensis quotquot superfuerunt dies Calendarum appellatione notabimus quae futuri aut proximi sunt mensis

Maius igitur October iulius & Martius sex habēt quae, incipiūt secūdo die mēsis & finiunt septimo pariter habēt octo idus quae incipiūt octauo die mensis & complentur xv. omnes alij dies qui sequunť Calendis futuri mēsis attribuuntur & Calendarum appellatione notātur vt exēplis statim clarius ostendeť Alij octo mēses supra ꝓxime relati, post Calendas in principio cuiuslibet mēsis existentes quatuor nonas habēt quae incipiūt secundo die cuiuslibet mēsis & finiunť in quinto eiusdē mensis, die. Habent pariter octo idus quae incipiunt die sexto cuiusq; mensis & terminantur complenturq; die. xiij. mensis ceteri qui sequuntur dies post tertium decimum attribuunť Calēdis ꝓximi mensis & Calendarum ipsius ꝓximi mensis appellatione designanť vt per exempla statim patebit. Si itaque primo die mensis alicui scribas literasq; des appones datam vercellis puta calendis Martij Iulij. Et sic de alijs.

Sed pro genitiuis mensium siue loquamur de calendis siue de nonis siue de idibus rectius possessiua nomina finxerimus secundum Augustinum Datum Senensem, in suo vltimo praecepto vt p Calendis Martij sicq; de nonis & idibus, Calēdas, vel nonas aut idus martias dixerimus & ita Apriles Maias Iunias Iulias aut quintiles augustas aut sextiles Septembres & Ianuarias & Februarias.

Cicero tn̄ quē infra referam etiā alij eloquētes etiā genitiuis vsi fuere dum Cicero Lentulo scribēs ait ad. xij. Calēdas Februarij & ad Terentiā lib. xiiij. Epistolarū. pridie Calendas Decembris & lib xv. ad eandem tertio scribit Idus sextilis & alibi sepe, cui sententie adstipulať Perotus in Cornucopie fo. 777. cum sequēti vbi scribit nō posse de Aprili dici nisi in genitiuo Aprilis, non autem aprilias sed possumus dicere apriles vt retuli supra Augu Datum scribere.

Diem vero date aut recepte epistole siue sit dies Calēdarum siue nonarum aut iduum in ablatiuo ponimus ꝓut declarant glossatores iuris ciuilis & canonici supra citati. Augustinus Datus Valla Mancinelius & alij vt datū vercellis Calendis Iulij nonis aut idibus &c. latine etiā scribemus intra Calendas sicuti Calendis ſm Mancinellū pręal. tit. viij. & sequēti et minus recte, neq; id dixisset si Gellij in noctibus atticis. c xiij. lib. xij. memor fuisset Quum. n. in ablatiuo casu Calēdis puta Ianuarijs scribimus, tempusq; date epistole insinuamus, idem ipsum Calendarum nonarum aut iduū praecise ponimus & exprimimus. Sed quū intra Calendas dicimus omne tempus quod Calendarum die includitur intra Calendis esse recte sentimus. Ita ꝙ in quolibet dierum qui Calendis proximi futuri mensis attribuuntur verificari potest vt ibi late per Gellium. Ita qď dies date epistole incertus esset quo ad dies praedictos

Sed nūquid ad Calendas in eodē sensu recte dici possit vt valet diem ipsum Calendarū praecise notet non habeo auctoritatē grauis auctoris ad hoc ideo ego abstinerē praecipue quia praepositio ad rei nō praecisum Calendarū diē puta significat sed proximitatem & de incerto dicitur ſm Lauren. Vallam & sequitur Calepinus in suo dictionario, in verbo ad quorum consideratio confunditur per. l. ad diem cum ibi not ff de verb. obli Et per id qď considerato sensu de Augusto Caesare Suetonius scribit ꝙ quū aliquos nūq; soluturos significare vellet, ad calēdas graecas soluturos aiebat i. nūq; quia graeci carēt Calēdis ex quo apparet ꝙ si graecis Calēde adessent sermo iste ad Calēdas diē ipsum Calēdarum significaret licet etiā ante Calēdas tales debitor possit persoluere si vellet renunciādo fauori suo.

Melior igiť ratio ꝓ opinione prędicta adduci pōt quia ad Calēdas significat tractum in futurū. Data vero epistole refert signatq; tempus praesens & instantaneū & ideo Augustus Caesar vt in eius vita Suetonius tradit ad epistolas oēs horarum quoq; momenta nec diei modo, sed etiam noctis quibus date significarenť addebat, Primo igiť die mensis Maij puta scrib tes literas dicemus Calēdis Maiis, elapso die ipso Calendarū quia vt dixi sex die immediate sequētes nonis attribuunť, Die secundo Maij scribendū est sexto nonas maias siue postridie Calēdas maias tertio die quinto nonas Maij vel maias quarto die dicemus iiij nonas Maij quinto die tertio nonas Maij sexto die pridie nonas maias septimo die nonis Maiis. Finitis vero nonis reliquos octo dies similiter iduum cognominatione notabimus, nam die. viij. Maij dicemus octauo idus maias, siue postridie idus maias. Nono die septimo idus decimo die sexto idus. xj die quinto idus. xij. die quarto idus. xiij die tertio idus. xiiij. die pridie idus maias. xv. die idibus Maiis.

Et eadem ratione in aliis mẽsibus qui ante nonas sex dies habẽt cõputatis nonis ,put est October Iulius & Martius vt supra visum fuit idem dicemus in reliquis vero octo, mensibus habẽtibus nonas in quinto die vt in superioribus ostẽsum est, post diẽ Calendarũ mẽsis Ianuarij puta, die.ij. scribẽdũ erit iiij.nonas Ianuarias tertio die iij. nonas Iañ.quarto die pridie nonas Iañ. quinto die nonis Ianua. Expletis nonis die.v mẽsis prędicti sequẽti die immediate & sic die sexto ex quo vt dixi oẽs menses habẽt ante idus octo dies ipsis idibus cõnumeratis scribẽ.erit octauo idus Ianuarias inde vij. postea sexto. de hinc quinto & quarto postmodũ tertio die vero.xij dicendũ erit pridie idus Iañ. die.xiij. idibus Ianuariis sequentes dies attribuemus Calendis futuri mensis vt præscripsi & infra latius dicetur.

Si.n.sit mẽsis de quo scribimus ex illis quatuor quibus idus sunt in is die vt Martij Maij Octobris & Iulij quia omnes dies qui sequuntur calendis ,pximi futuri mensis attribuũtur scribendũ erit decimo sexto Calẽdas Apriles vel aprilis. Die vero.xvij. dicemus sextodecimo Calend. April.die.xviij quintodecimo calen. Apr.die.xix quarto decimo calen. April.die.xx tertio decimo die.xxj duodecimo calen Apr die.xxij. vndecimo calen. Apr.die.xxiij. decimo calẽ.Apr.die.xxiiij.nono calen.Apr die.xxv.octauo calen Apr.die.26.septimo calẽ,Apr.die.27.sexto calẽ. Apr.die.28.quinto calen.Apr.die.29.quarto calen.Apr. die.xxx.tertio calen.Apr.die.xxxj. & vltimo dicendum est pridie calen. Aprilis vel apriles. In aliis mensibus quibus idus sunt in die.xv.eadem seruanda est ratio.

Sed in illis octo mẽsibus in quibus sunt idus.xiij.die addẽdi sunt duo dies & augẽdus numerus dierũ præcedẽtiũ cal.exempli gratia post expletas idus Ian.de immediate sequenti qui est.xiiij.dicemus decimo nono calen Febr.siue postridie idus Ian die vero.xv.decimooctauo calen. Feb. die.16 decimoseptimo calẽ Feb.die.17.decimosexto calẽ. Feb.die.18 decimoquinto cal Feb die.19.decimoquarto cal.Feb.die.20.tertiodecimo cal.Feb. die.21.duodecimo cal.Feb.die.22.vndecimo cal.Feb.die.23.decimo cal feb. die.24.nono cal.Feb. die 25.octauo cal.Feb.die.26.septimo cal.Feb die.27.sexto cal.Feb. die.28. quinto cal Feb. die.29.quarto cal Feb.die.30 tertio cal.Feb.die.31.& vltimo pridie cal.Februarias. Et in cæteris mẽsibus tenentibus idus in.13.die eadẽ rõ seruãda erit excepto Februario quia quũ habeat.28.dies tm̃, expletis idibus & sic die.14. oportebit dicere sextodecimo calen. martias & successiue diminuẽdo ẽm ordinem præscriptum nisi eo anno currat bissextus quia nũc superaddiẽ vnus dies Febr. & die.14. Febr. tũc dicẽdum esset & scribendum decimoseptimo calen. martias & ẽm prædictũ ordinẽ procedere & ,psequi.

His sic expositis & p exempla demõstratis notandũ est q; licet vt dictum est diẽ actus gesti scripte Epistole vel alterius facte dispositionis cadẽtem in calendis nonis aut idibus in ablatiuo casu ponamus vt calẽdis nonis aut idibus ianuariis. & veluti ex prędictis exemplis liquet idem est in aliis diebus qui sunt intra calendas & nonas, inter nonas & idus ac inter idus & calẽdas ,pximi futuri mensis vt tertio nonas vel idus seu calẽ augusti dies.n.in ablatiuo cõstituiẽ.vt ibi tertio s.die nonas vero idus & calẽdas in accusatiuo, Et inter numerãdũ præpostero vtimur ordine & diẽ ipsum nonarum iduum vel calendarũ vt ex prædictis exẽplis apparet includimus & connumeramus, vt si secundo die Ianuarij scribam, dicendũ erit quarto nonas Iañ sic de idibus et calẽdis sequẽtibus resoluiturq; hoc modo.i.quarto die ante nonas vel pręcedẽte nonas cõputatis extremis vt p glossatores nostros in locis præalleg. & Perotum in Cornucopie infra allegato & Calepinum in verbo postri die. Et si dicaẽ prædicta inuicem repugnare quia si quarto nonas puta Iañ.exponiẽ idest quarto die ante nonas excluduntẽ none sicq; computari non debẽt in dinumeratione dierum, R͞ndeo q; dictio ante q̃uis de proprio significatu exponi debeat ante actum inchoatum quia tñ adiiciẽ tempori & ante nonas intelligitur. de tempore finito vt tradũt Bar.Alex Ias.& alij in.l.ij in.§ si ff si cer.pet. Et sic ante nonas finitas.s. ideo nimirum si dies ipsa nonarũ includitur ,p quo facit illud q; scribit Sueto in vita Iulij Cęsaris sub capite de prodigiis præcedentibus mortem eius. Dum refert q; Spurina aruspex immolanẽ vt caueret qđ nõ vltra tertias idus ,pferreẽ, quem diem ecdis sue irridẽs Cęsar & vt salsum arguebat quod sine vlla sua noxia idus martie adessent q̃q; is venisse quidem eas diceret sed non præterisse, ita qđ nõ absonũ est intelligere interpretariq; nonas vel idus elapsas scilicet & præteritas sicq; in.ij. die puta mensis Ianuarij recte dici quarto nonas Iañ.i.quarto die ante nonas Iañ.elapsas: elapsas s.& præteritas.

Et etiã not. q; dies qui præcedũt nonas idus & calẽdas nõ sunt none idus aut calende, sed dies nonarũ iduum & calendarum attribuunẽ ergo nonis idibus et cal & cognominatione nonarum iduum vel calen.dies illi scribunẽ, & notanẽ, non sunt tñ none idus aut calẽde quæ cõstituunẽ tantummodo primo die mensis si de calendis loquamur in quinto vel septimo si de nonis in.xiij. vel.xv. si de idibus ẽm diuersitatem mensium iuxta præscripta & istud etiam clare probatur ex eo quod diximus quarto nonas resolui idest quarto die ante nonas vel præcedenti nonas & sic de aliis. Si sunt ante nonas siue præcedãt nonas ergo non sunt none. Qui igitur composuit illos versus sex nonas &c.& scribentes illos referentes in locis præallega. errasse videntur. Quia none non sunt sex vel quatuor.nec idus octo vt visum est. Sed bene in sexto die vel quarto post calendas sunt none & idus post nonas in octauo sed oportet sensum potius quam verba inspicere declarationemq; & intelligentiam ex sensu capere.

Primo ergo die mẽsis puta Ian dicemus calendis Iañ. Et quẽadmodũ nõ dicimus nudius primus ita nec primo calen. primo nonas primo idus sed calendis nonis idibus ẽm Laur. Vallam in suis elegãtiis.c.70.& in promptu est ratio licet valla non dicat. quia quũ talis sermo vt in superioribus dictum est exponaẽ.i.die præcedenti calẽdas vel die ante cal. esset repugnantia in subiecto scriptũ actumue fuisse calendis & ante calendas ideo necessario sequitur secundum strictam & rectam loquendi rationem dicẽdum scribendumq; in casu ablatiuo calen. nonis vel idibus nõ aliter nec alio modo. Postmodũ die immediate præcedẽti calendas sicq; vltimo die præcedentis mẽsis dicemus vt supra relatum est pridie calen.Iañ puta pridie nonas & pridie idus. hinc M.Cicero Appio scribẽs.pridie inquit nonas iunias quum essemus Brundusij rex. & ad atticum etiam pridie cõpitalia memẽto rex.& resoluiẽ vt dictum est die præcedenti nonas siue die ante nonas quo etiã modo postridie calendas aut nonas vel idus diciẽ.i die post calẽdas vel nonas aut idus. Liuius etiã postridie idus rebus diuinis supersederi iussum scribit.& similiter Gell. lib.v.c.17. Augustinum Senen.in libello isagogico in penul. præcepto. Pridie inquit calendas pridie nonas pridie idus diciẽ & significat quod vetustissimi dicebant die pristini pro aduerbio quod significat die pristino & sic pro vetusto more diẽ crastini & die quinti ac die quinto similiter pro aduerbio verum quia nos priscam & horridiorem vetustatem fugere & vitare debemus pridie dicimus.

Sed Aulus gel.in noctibus atticis.c.24.lib.x. late super hoc euagãdo tãdem die inquit pristini eodem modo dicebatur q; significat die pristino idest priore q; vulgo inqt pridie diciẽ conuerso compositionis ordine quasi pristino die & consequenter vult pridie vocabulũ vulgare esse q; ex præscriptis confundiẽ Cic.enim Liuius & alii doctissimi viri eo vocabulo vt latino vsi fuere, pridie igiẽ & postridie cõposita sunt, & diuersa vt enim ait Festus antiqui pri loco pre dixerunt. pridie itaque ex pre & die siue vno die ante significat. Postridie vero postero die vt etiã p Calepinum in suo vocabulario in verbo postridie itẽ pridie et postridie simillimam obtinẽt significationẽ ei cuius sunt

heri & cras. Est enim pridie quasi heri, non tamen præsentis diei & postridie cras non præsentis diei sed cuiusdam alterius aut præteriti aut futuri, præteriti sic, pridie q̃ intrarem mare serena lux fulsit. futuri sic, pridie q̃ intres patriã sacrificium facito idest die præcedenti quo mare intrasti, aut patriam intrabis item postridie q̃ pater mortẽ obiuit epulum feci, & postridie q̃ vxorem duxero nauigandũ mihi est, vt latius per Laur vallam in elegantiis suis c. 70. Hinc. M. Cic. Lentulo, ad duodecimum calẽdas februarij dum in senatu pulcherrime staremus ꝙ iam illam sententiam bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus. i. præcedẽti die eius diei hoc est duodecimi & Cæsar lib ij. postridie eius diei Cęsar pręsidio castris ꝙ satis esse visum est reliquit. i. sequẽte siue postero die eius diei q̃ præcessit.

Et licet accusatiuo vt in exemplis prædictis est pridie & postridie iungant̃ tñ etiam cum genitiuo iungi possunt ut pridie postridieue calendarum nonarum vel iduum ꝫm Lauren. vallam & Calep. pręallegatos, exemplaq̃ Ciceronis & Cæsaris proxime relata satis ostendunt. Exẽplificat etiam valla sic. Pridie illius diei & postridie & postridie illius diei quo hæc feci aut faciam vel etiam sine q̃ & sine die ꝫm Vallam sic. Venit ad me chremes postridie clamitans supple illius diei quo hæc gesta sunt. Et quum intraui vrbẽ audiui homini pridie recessisse. Dicimus etiam secundum eundem Vallam quum has literas dabam erat pridie calen. Augusti vel postridie nonas, Et hodie est pridie ludorum circensium. Cras & postridie nundinarum. refertur enim tale tempus non ad hodiernum crastinumq̃ diem sed ad alium quendam veluti ad eum quo he litere legentur, ideoq̃ errauit inquit qui sic scripsit.

Quum cum Rome domum loquendi gratia adissem orauit me dicens postridie ad me redeas, dicendum erat cras, aut sic postridie vt redirem orauit Rursus non recte sic dixisset cras vt redirem orauit sed postridie secundum Vallam sed istud vltimum est nimis scrupulosum.

Atq̃ vt non dicimus nudius secundus ita nec secundo calendas secundo nonas secundo idus sed pridie calendas nonas & idus ꝫm Vallam loco præallegato sed vt mihi videt̃ q̃tum ad rationem recti latiniq̃ sermonis dici posset. ij. calendas. ij nonas & secundo idus. i. secundo die ante elapsas calendas nonas & idus cõputatis extremis prout dicimus tertio calen. tertio nonas vel. iij. idus. i. tertio die ante calen. nonas aut idus elapsas propter identitatem rationis, verumtamẽ quia sic dictum apud graues auctores non reperitur id non dicimus. Et vltra ratio assignari põt quia habemus alterum vocabulum & quidem magis ꝓprium & elegans ꝙ est pridie, Qua ratione dixit Valla loco præalleg. qui non dicimus nudius secundus quia habemus aliud vocabulum magis proprium ꝙ est heri. Sciendum est etiam ꝙ illud q̃ in calẽdis nonis & idibus in ablatiuo casu iungimus vt quarto calẽdas 4 nonas vel. 4. idus in accusatiuum transferre possumus, & ad præponere sed id significat tempus fere diuturnius vt. x. calendas februarias dedisti ad me literas ego vero ad octauum idus ianuarias ad te scripseram ꝫm Augustinum Senensem loco pręalleg. & comprobari potest auctoritate Ciceronis in pluribus locis, quemadmodum enim proxime retuli Lentulo scribens inquit. Ad duodecimum calendas februarij dum in Senatu staremus &c. i. die duodecimo an calendas Februarias & lib. iij. Epistolarum ad Appium pulchrũ trallis inquit veni ad decimumtertium calendas sextiles ibi pręsto mihi fuit &c. & iterum ad eundem. Ad. xj. calen iunij Brundusium quum venissem. Et in. 4 lib. Seruio sulpitio scribens ad tertium ait calen. maias, quum essem in Cumano accepi literas tuas et in. vij. epistolarum ad Marium scribit ad duodecimum calen. iunias in Cumanum veni. Et si omnia prædicta bene ponderabis inuenies talem sermonem in accusatiuo cum præpositione ad significare tẽpus diuturnum date vel accepte epistole seu actus gesti, non autem tempus pręsens quando epistola scribitur daturq̃. Istud enim semper per bonos & graues auctores in ablatiuo casu positum fuit vt præscripsi patetq̃ in omnibus Ciceronis Plinij & aliorum epistolis circa tempus date.

Alij ad tertiũ calẽdas & tertio calendas differre dicunt ꝙ tertio cal semper de certo die dicat̃ ad tertium etiam de incerto hoc est de eo qui est circiter tertium cal ita de similibus, & si aliquando ponat̃ ad tertium calen pro ipso die tertio calen. vt si dicam ab hoc die vsq̃ ad tertium cal nonas vel idus tres dies intersunt immo in omnibus exẽplis Ciceronianis supra relatis ad tertium de die certo semper dicitur nec de incerto auctenticum aut probabile profert̃ exemplum. Et q̃uis prædicta magis ad literas humaniores q̃ ad legalem disciplinam pertinere videantur Nihilo minus vt ex data. lj. consti. C. & multorum ut libri auctẽticorum ac sexti decretalium cõstat etiam ad nos spectare & pertinere & Io. andreas qui fons iuris canonici nuncupatur ista tractare in loco præalleg non erubuit.

Vltimo * no ibi iusti. ter consule iusti. nostrum ter cõ 297
sulatui prefuisse tempore præsentis constitutionis. faciunt
quæ scripsi supra in principio cõstitutionis in figuratione
casus ex quibus probat̃ istud proce. factum fuisse ante se
cundam cõpilationem. Ad aliud aduertendũ est dum tex.
dicit ter consule * habent quidam tertio consule & minus 298
recte si Gel credimus qui. c j. lib. x. sic habet familiari meo
cuidam literas athenis Romam misi in his scriptũ erat me
illi iam tertium scripsisse. Is ad me rescripsit petiitq̃ vt rõ
nem dicerem cur tertiũ & nõ tertio scripsissem. Item an ter
tium consul. an tertio consul dicendũ esset ad hæc ego scri
psi nihil aliud q̃ verba Mar. varronis hominis doctissimi
qui lib. quinto disciplinarũ ita dicit aliud est quarto pretorem fieri. & quartum ꝙ quarto locum adsignificat & tres
ante factos. quartum tempus significat. & ter antefactum
sequit̃ Lau. Val. in eleg. c. clx. Sed ꝙ latine & tertio consul
dici possit ꝓbat Pli. de viris illustr. c. xv. & lxlx. vbi vsum
legimus tali forma dicendi. & Plut. in vita marcel. dum ait
eum quinto consulem designatum. & Cice. in oratione in
l. pisonem fo. j. dum ait. quis n. C. illi mario fortissimo viro
& consuli & sexto consuli ex quibus patet recte vtrunq̃
dici posse. Consultissime propterea quondam egit Cice.
* nam quum Pompe edem victoriæ dedicaturus foret 299
culus gradus vice theatri essent nom̃q̃ eius et honoris in
scriberet quæsitum fuit vtrum cõsul tertio an tertiũ inscri
bendũ esset eam rem exquisitissime Pompeius retulit ad
doctissimos ciuitatis quũq̃ dissentirent. & pars tertio alij
tertium inscribendum contenderent rogauit Ciceronem
vt ꝙ & rectius videretur inscribi iuberet tunc Cice. nolẽs
quempiam damnare persuasit Pompeio vt neque tertio
neq̃ tertium inscriberet. sed ad secundum vsq̃. T. scriberẽ
tur litere. tert. vt verbo nõ præscripto res quidem demõ
straretur sed dictio tñ ambigua verbi lateret testis Gell. Et
credo Ciceronem id fecisse quia * vtrunq̃ latine dici po 300
test. taurini. 1524. feriarum vacationemque tempore.

Ex rubr. de orig. iur.

Sequitur Rubrica.

IN RVB. ff. DE ORI. IVR. CIVI. AC OMNIVM MAGISTRAtuum. & successione prudentum.



VÆRERE solent in primis doc.
de continuatione tituli cum rubrice
continuande sint l ij. §. de stat. homi.
1 ꝙ ibi proximos atq; coniunctos ap-
plicantes titulos vt res patitur dice-
mus, quamuis plerique & forte non
inepte de subordinatione titulorum
non de continuatione legem prædi-
ctam loqui intelligant. vt per Ange.
aret. in rubri proœ. institu. colum. fin. Et vt terminorum
vim et potestatem intelligas continuatio est partium inter
se non intermissa coniunctio. Senec. lib. ij. naturalium quę
stionum, vel secundum Gemin. ad fi. c. j. de consecr. eccle.
vel alia. in vi. est duorum coniunctorũ inter se corporum
tactus. Et sic continuatio aliud nõ est q̃ actus successiuus
ad consumationem & perfectionem eiusdem materie ten
dens l. continuus in prin infra de verb. obl. Vnde a titulo
tractante distinctam & diuersam materiam a præcedenti
non potest fieri materie continuatio sed bene materie ad
materiam tituliq; ad titu. subordinatio quæ semper facien
da est. quum processus scientiarum sit opus rationis cuius
propriũ est ordinare. vnde in omni opere rationis ordo
aliquis inuenitur secundum quem proceditur ab vno in
aliud, ut vult san Tho. super de coelo & mundo q̃ mate-
riam deo dante melius excutiam in rub. infra de regu. iur.
Continua præsentem rubri. sic dictum est in titu. præce-
denti de iusti. & iure verum quia vnde ius illud quod ci-
uile nuncupatur ortum fuerit dubitari poterat ideo rubri
catum hic fuit de ord. iur. ciui. quia origine cognita conse-
quens erat magistratuum ori. & tit. cognoscere. quum pa
rum sit ius in ciuitate esse nisi sint q illud reddere possint.
l. ij. in. §. post originem infra eod. ideo subiungitur. ac om-
nium magistratuum. Scientiam autem iuris ciuilis plurimi
& maximi viri professi sunt. d. l. ij. in. § iuris ciuilis scientiã
qui prætereundi non fuere. ideo subiicitur & de successio.
2 prudentum. Præmitte ꝙ totum hunc titu sing. esse teste
Alber. de rosa ad quem titul. sepe ad plura in iure cogno-
scenda recurrimus. secundum Fort. in garg. in. l gallus.
in princ. colum. xix infra de liber. & posthum. & tituli fa-
cies vtilitatem per se fert ita vt commendatione nõ egeat.
iuxta vulgatum text l. j ff de in integr. restitut. Secundo
præmitte secundum Zas. triplicem inueniri l. eternam na-
turalem & positiuam vt hic per eum latius quam par sit
vagantem quum ad rem nostram hæc parum sint accõ-
modata & contra cuius distinctionem posset insiari ex di
ctis Budei in. l. ij circa fin. infra de legi. dum loquitur de l.
eterna. quam theologos nature. l. vocare dicit. & ex dictis
Scoti in iiij distinctio xvij. & Angelice in verbo lex, &
archiepiscopus florent. in prima parte summe vbi tractat
de l. naturali Mosayca diuina euãgelica cano. ciuili & con
suetudine. Nota tamen Zasij dicta dum loquitur de iure
naturali & gentium. seu de lege naturæ quæ & gentium.
est. reprobando doctrinam Bart. in. l. si id quod infra de
condi inde. volentis ꝑ duplex esse ius gentiũ primeuum 3
& secundarium. nam ius gentium dicit vnum esse quod a
iure naturali hominum non separatur. productio tamen
fit qualitate diuersa. secundum quod mores & vsus homi
num processu vite variarũt id qđ significat iuriscõsultus
in. l. j. cum quatuor sequentibus supra titu. j. quia si ius gen
tium eo dissecari debuit quia mores & vsus variarũt iam
non duplex sed centuplex ius constituendum erat. Item
quia lex cõsuetudinis est quasi lex nature vt ꝑ Bal. in. l. exe
cutorem. C de excu. rei iu. & sicut ex variatis moribus cõ
suetudo nõ scinditur. ita nec lex naturę quę est gentiũ de-
bebit. Hæc non est opi. noua eã antiquitus tenuit Archi.
in. c omnes. prima distin. & tanquam veriorem sequitur
Aret. in. l. j. in prin. in. ix. colum. ff. de acquir possess verum
Soci. ibi colum. vij. & Ias. in. d. l. si id quod defendunt Bar.
quem communiter sequuntur doc. & respon. d. l. j. & aliis
motiuis are. vt per eos. Non obst ꝗ attēta opin. Bar. iam
non duplex sed centuplex ius constituendum erat quia re
spon. ꝙ totum illud ius gentium ꝙ post inclinatam natu-
ram ob malitiam hominum & temporum successit, non
fundatur in illa pura ratione naturali sed ex constitutione
gentium vt declarat Bar. in d l. si id ꝙ dicitur secũdarium
i. alteratum secundum varietatem temporum vt ꝑ Soc. lo
co præalle. & sic istud secũdum est vnum ius gentium va-
riatum & alteratum secundum varietatem temporum nõ
igitur centuplex. Item nihil repugnat quod de consuetu-
dine obiicitur quia ex moribus tota inducit & alteratur
prout & ius gentium secundarium. & nõ scinditur vt ius
gentium a Bartol. quia non cadit illa consideratio in ea de
naturali pura ratione quæ constituit ius gentium primo
uum. ✠ Porro elegantem putamus Zasij declarationem 4
contra Bartolum & sequaces volentes statum seruorum
de iure gentium, secundario annihilatum. validis enim au
ctoritatibus conuellitur. nam Iob. c xxxj colligis seruos
contra dominos iudicio stare potuisse ergo et obligari po
terant. denique serui dominis ab intestato succedebant si
non extitissent filij gene. capitulo decimoquinto. Item in
exercitum milites scribebantur vt homines liberi, eodem
libro, capitulo decimotertio quod iure ciuili non erat re-
ceptum. l ab omni infra de re milit & per Plin. in epistolis
sed & bona eorum propria possidere licuit. ex quibus
ipsi sibi acquirebant eodem libro c. xlvij. & i. Regum
capitulo nono, & decimosexto & Philo iiij. polit. tradit
seruos si paulo essent opulentiores ad munera ciuilia. ad-
ministratiua eligi. item & ancillis admittebantur coniungi
nuptiis filiorum domini Exodi capitulo decimosecundo
quibus consequens est seruos eo saluo quod sub domini
manum subdebantur de iuregentium non ita esse annihi-
latos vt postea de iure ciuili fuere. & ad ipsum sensit iuris-
consultus in. d. l. si id quod vbi seruus suum etiam domi-
num naturaliter idest iurisgentium obligauerat & licet do
minatio iuregentium esse dicatur. Ex hoc tamen non bene
infertur Serui statum annihilatum esse, quum manus Do-
minica annihilationem serui non impellat. Itaq; ius Ciuile
censuit seruum haberi pro nihilo non ius gentium vt est

tex.in.l.quod attinet.ff.de re iui. & hanc opi. prosequitur
etiam Fort.garg in l.manumissiones.in tribus vlt.colum.
supra de iusti.iur. Et inuenio hanc fuisse sententiam gl pe.
in.l.ex hoc iure eod.titu. sed non est a communi receden.
ꝙ id sit de iure gentium secundario vt per omnes in.d.l.si
id & in.d.l.quod attinet & Aquens. in.d.l.ex hoc iure co
lum. xiij.Et not.ꝙ etiam hodie baptizatus seruus liber.nõ
efficitur nisi ad libertatem producat̃ vt in rub. & nigrone
christia. mancip.cum not per Deci. in.c. consuluit el.ij de
5 appel Libet obiter referre * barbari hominis Breni qui
senonum regulus fuit dictum de iure naturali. Is interro-
gãtibus romanorum legatis qua nam ratione clusium he
trurie vrbem obsidione premeret.iure inquit naturali hoc
facio quo is q minus fortis sit potẽtiori cedere iubet̃. nam
eo etiã pecudes & bruta animalia vti deprehẽdimus. quũ
Tauros Leones Aquilas. Cæteraq; animãtia iccirco do-
minari videmus qm̃ alios viribus precellant, ꝙ & vos ro-
mani secuti estis, quum fidenates, ardeates, veios, volscos,
nõ alia subegistis rõne. q̃ qđ illis præstãtiores virium vir
tute habebamini quæ tñ legibus nostris consentanea non
sunt vt p Alciatum lib ij. paradoxorum.c.vlt.hinc etiam
Liuius in quinto ab vrbe condita Romanis quærentibus
ecquid in ethruria rei gallis esset.ꝙ nam id ius esset agrum
a possessoribus petere aut arma minari rñderunt ferociter
ait. se in armis ius ferre & omnia fortium virorum esse.
6 Item premitte ꝙ quum omnis lex * debeat ordinari ad
cõem hominum salutem.in tãtum obtinet vim & rõnem
legis in q̃tum ad dictum finem tẽdit. vbi vero hoc deficit
virtutem obligandi nõ habet, ita san.Tho in prima secun
de dist.xcvj.arti.vj.contingit tñ multotiens secũdum eum
ꝙ aliquid obseruari cõmuni saluti est vtile vt in pluribus.
in aliquibus tñ nociuum, quia tamen legislator nõ potest
omnes singulares casus intueri proponit. l. secundum ea
quæ in pluribus accidunt ferens intentionem suam ad cõ-
munem vtilitatem, vnde pulchre subdit quod si emergat
casus in quo obseruatio talis legis sit damnosa nõ est ob-
seruãda, sicut si in ciuitate obsessa statuat lex.ꝙ porte ciui-
tatis maneant clause hoc vtile est cõi saluti vt in pluribus
si tñ contingat qđ hostes insequantur aliquos ciues per
quos ciuitas conseruatur, damnosum esset ciuitati nisi eis
porte aperirentur.& ideo contra verba legis tali casu ape-
riri deberent vt conseruet̃ communis vtilitas q̃ legislator
intendit. ꝙ si obseruantia legis secundum verba nõ habet
subditum periculum.cui oportet statim occurri non perti
net ad quemlibet vt interpretet̃ quid sit vtile ciuitati et q d
inutile. sed hoc pertinet ad solũ principem qui ꝓpter hu-
iusmodi casus habet auctoritatem dispẽsandi, si vero sit su
bitum periculũ non patiens tãtam moram, vt ad superio-
rem recurri possit necessitas habet annexam dispensatio-
7 nem quum legi non subiiciat̃ * facit.l.j.j̃.de offi consu.l.si
quis filio in.§ hij autem. ver nisi forte latro.ff.de iniu.rup.
& l.j vbi glo & doct.late ponunt super verbo non aliter.
8 j.de officio eius. Præmittendum est etiam * ad intelligẽ-
tiam totius materie qđ iurisconsulti nec legem condere,
nec vetera abrogare iusue corrigere poterãt sed solum in-
terpretari etiam post beneficium respondendi a cæsaribus
datum vt elegãter declarat Marius salomonius cõsistoria-
lis aduocatus (licet vulgo aliter putetur) in sua paradoxa
enarratione in §.responsa prudentũ char.j insti. de iure na
turali. ei tñ non assentior dum ibi vult auctoritat̃ illam iu
risconsultorum vt non liceret ab eorũ responsis recedere
militare duntaxat qñ omnes simul ita sentiebant secus in
singulis ideo improbabimus infra in.l.ij.in.§.fi.in versi si.
Hodie omnium iuriscõsul quos in corpore iuris scriptos
vides opinio.necessaria est & imperialis.l.j.C.de vete.iur.
9 enucle. De more ferendarum legum olim * Cicero pro
flacco. o morem (inquit) præclarum disciplinamq; q̃ a
maioribus accepimus si quidẽ teneremus, sed nescio quo
nam modo de manibus iam elabitur, nullum enim illi no
stri sapiẽtissimi & sanctissimi viri. vim concionis esse vo-
luerunt quæ sciscceret plebs aut quæ populus iuberet. sum
mota concione. distributis partibus tributim & centuria-
tim descriptis ordinibus.classibus etatibus auditis auctori
bus re p multos dies ꝓmulgata & cognita iuberi vetarique
voluerũt.Erant aũt leges quædam curiate * a curiatis co- 10
mitiis dicte.i tributim coactis, quædam centuriate a cen-
turiatis comitiis.i.cẽturiatum ex sensu & etate distributis,
de quibus multa Cicer. in.l.agraria contra Rullum.& in
libro.iij.de legibus. & Aul gel.in noc. atti. libro decimo
quinto.c.xxvij.✠ Centuriate autem leges vt infra in.l.ij. 11
Budeus refert maioris auctoritatis erant. quasi plenis su-
ffragiis comitiis per late ideoq; gloriatur Cicero centuriata
se lege ab exilio reuocatũ esse de quo late in eius oratione
quam de reditu suo inscripsit. Non aliter itaque Rome
leges ex instituto priscorum q̃ trinundino die promulga
bantur vt refert Macrobius ✠ idest tribus nundinis qui- 12
bus omnis plebs ex agris ad mercatum in vrbem conflue
bat. eratq; licitum per id tempus intercedere ac tollere si
parum probaret̃ siue quid vitij esset, vbi vero trinundino
lata erat & in tabulis eneis incisa amplius rescindi infirma-
req; non licebat. trinundinum ergo vt interpretatur Pri-
scianus dicitur quasi trinarum nundinarum * de prędictis 13
videas etiam Liuium in tertio ab vrb.cond. & Cice.in pri
mo philippica facit lex humanum.C.de legibus.Itẽ Alex.
nullam constitutionem sacrasse ✠ sine.xx.iurisperitissimis 14
testatur Lampr. Obseruationem prędictam Romani ex
Solonis legibus didicerunt. nam Demosthenes ille fami-
geratus orator in quadam oratione relata per Budeum.
in l.j de iur. & iure. Solonem commemorat * inter alia 15
cum legibus suis hoc quoque instituisse quum lex aliqua
rogatione ad populum ferretur vt a legislatore primum
recitaretur deinde vt in loco maxime celebri conspicuoq;
proscriberetur ad concionem, vsq; inde scribe vt daretur
palam pro concione legenda.vt si quid cuiquam non pla
ceret, id in medium ꝓferret. Et si ea totum quoq; populo
placuisset ita demum nomothetis daretur postremum ex-
ploranda. qui vti eam probassent improbassentue ita ꝓ-
ferretur antiquareturue. hi autem nomothete ex iudicum
numero deligebantur vt eam operam populo iurati ipsi
nauarent. Illud etiam scias ✠ omnes bonas leges ex malis 16
moribus ꝓcreatas nisi etenim vitia agminatim erupissent
nisi mores mali velut herba irrigua (vt inquit Plau.) vber
rime succreuissent ꝑfecto leges superuacanee fuissent. quæ
ad coercendas cupiditates vitiaq; ex mortalibus tollenda
late sunt. & quemadmodũ morbos ante extitisse necesse
est. q̃ remedia eorum atq; medicamẽta ita prius nequitia
nata est. & scelus exortum, quam condite leges quæ ob-
uiam irent nequitie scelerique flagitiorum, hinc dixit Inno-
in.c.pastoralis de offic.or. * ꝙ homo posset adeo ratione 17
regi ꝙ non subiiceretur legi. i. exercitio legis facit text. in
Etymologia innuit omniū iurisconsultorū Pomp. elegantissime singu.
& diuine huiusce secundæ legis. vt
epigramma testificatur auctor fuisse
deprehenditur. Arbitratus quandoque sum hunc fuisse M. Pomponium Atticum Romanum ciuem
præclarū qui multis perturbationibus rome ingruētibus
cynanis. l. atq; syllanis idoneū tempus ratus studijs obse-
quendi suis Athenas se cōtulit. vbi literis grecis & bonis
moribus inuigilans doctrina prestantissimus euasit. Et
nō solū attici cognomen ab athenis deportauit. sed huma
nitatem & prudentiā ut in Catone maiore ad eum scribit
Cice in quam opinionem trahebant me verba quædam
Cor. nepotis in uita Pomp. dum ait moris etiam maiorū
summus imitator fuit antiquitatisque amator, quā adeo
diligenter habuit cognitam ut eam totā in eo uolumine
exposuerit quo magistratus ornauit. Nunc a prædicta
opinione recedimus. nā hic Pompo. iureconsultus longe
posterior fuit. Floruit enim sub Alex. seuero. xxj impera-
tore ab Augusto discipulus splendidissimi Papiniani. &
Alexan. imperatoris familiaris & socius testis Lampr. in
Alexā. seuero ad finem, Ex quo constat Pompo. atticum
longo tēporis interuallo nostrum præcessisse quum Sylle
tēporibus fuerit longā satis vixit vitam noster Pompo.
Nā ipse ait in. l. apud iul. ff. de fideicommiss liber. Ego di-
scendi cupiditate quā solam viuendi rationem optimam
in octauū & septuagesimum annum duxi memor sum
eius sententie quā dixisse fertur Iulianus & si alterū pedem
in sepulchro haberem adhuc quidem addiscere vellem.
Et si christianus non esset uixit tamen circiter annum sa-
lutiferi partus. 228. ut ex Eusebio Cesariensi & alijs histo
ricis colligimus. Ex Fenestella tamen ut quandoque di-
xit Zasius tota fere huius tex. series desumpta est. ut scri-
pta indicant qppe Fenestella Cesaris Tyberij principatu
longe ante Pomponiū uita functus est. ut scribit Plin. lib.
xxxiij uerum tamen quod uulgo circūfertur, non arbi-
trantur docti Fenestelle opus esse. Pro intelligentia l. &
materiæ et si uulgata sit historia scias. * quod capta Troia 2
Eneas domo pfugus ducentibus fatis in agrum laurentē
uenit, ubi accepta Lauinia Latini regis filia in uxorē, Tur
no & Mezentio ethruscorum rege superatis. rebus & re-
gno latini potitus est. reliquitque Ascanium filium q Al
bam longā edificauit. Post Ascanium & alios multos re-
ges ab eo descendentes regnauit Proca albanorum rex,
qui duos habuit filios Amulium & Numitorem quibus
regnum annuis uicibus habendū reliquit. ut alternis im-
perarent. at Amulius fratri regnū non dedit, sed eū expu
lit. eius stirpem uirilē interemit & filie Rhee siluie per spe
ciē honoris quū eam vestalem legisset perpetua uirginita
te spem partus ademit, quæ a Marte compressa Romulū
& Remum edidit. Amulius sacerdotem uincta in custo-
diam dat. pueros in præfluentē tyberim mitti iubet. quos
aqua in sicco forte quadā diuinitus reliquit. ad uagitum
lupa accurrit. eosque huberibus suis aluit mox Faustulus
pastor regij pecoris eos inuenit, educandosque Acce lau
rētie cōiugi sue dedit. ita geniti atque educati. quū primū
adoleuit etas Amuliū obtruncant & auo suo Numitori
regnū restituunt, ipsi adunatis pastoribus vrbem condi-
derunt. quā Romulus augurio uictor quod duodecim
Remus sex uultures uiderat Romā a nomine ipsius con
ditoris appellauit. et Remus i illa altercatiōe uel qa postea
muros trāscenderat. ut infra de rerū diuisione in. l. fi. dicit
occisus fertur. Hanc historiam latius describit Liuius in
primo urbis condite. latissime Sabellicus libro secundo
eneadis secunde. Incidit urbis conditio in annū tertium
septime olympiadis ut Dionysius scribit. Eusebius Cesa-
riensis idem tēpus obseruat ꝙ si recte ab his tempora col
liguntur, fuit annus ille quo roma condita est quatermille
simus a mundi origine quadrigētesimus atque vndequin-
quagesimus. Ab Ilij excidio ut Dionysius scribit tricen
tesimus ac undetrigesimus ante Christi aduentum septin
gentesimus quinquagesimus secundus in quam senten-
tiam concurrit Sabellicus prædlegatus. Alijs etiam no-
minibus eam urbem nuncupatam fuisse tradit politianus
epistola secunda. compluresque eius laudabiles titulos re
ferente Accursio uidebis in auct. ut etiam ecclesia roma-
na in principio. Secutus glo. Accursij * diuido hanc legē 3
in tres partes pricipales quas particulatim mēbratimque
ad clariorem elucidationem legam. Declarat hic in limi
ne ipso Pompo. quomodo ab initio roma gubernari ce
perit. & quo iure populus romanus usque ad regum
exactionem usus fuerit. Nota in primis esse necessa-
rium ardua tractare uolentem ab origine ordiri. concor-
dat lex superior vbi dictum fuit. Et non tantum originē
sed etiam processum iureconsultus demonstraturum se
promittit. Et si reipub. romanorum processum cognosce
re cupienderes ✠ vltra scripta Liuij in primo ab urbe 4
condita. uideas Florum quatuor tempora eleganter in
epithomis distinguentem. Et incidenter quia de pro-
cessu sit mentio scias * processum fundatū super actu nul- 5
lo totū nullum esse. Soci. consi. 99. in secunda difficultate

In.iij.vol nec fructificat nec ex eo sententia ulla valida se
qui potest. Are.in.c.examinata ad finem prime columne
de iudi.quomõ processus productus probet Alex.ponit
consi.108.ad finem prime colũne & in princi.iij.ibi & ta
6 lis processus in.5.volu. * An autem per citationẽ inchoa
tus dicatur tradit Alex in rubr.C de in ius voc & an de
ipso processu dicatur esse sententia Barba & alij in,c.pru
dẽtiam de offi.d el.Dec.pulchra in.c.qm̃ contra in.xj.no.
7 de proba. Secundo not ab initio ciuitatis * pop.ro sine
certo iure sine certa.l agere instituisse omniaq; manu re
gia gubernari.& sic ab initio nõ habuit legem sed regem
cuius manu.i arbitrio & potestate omnia gubernabanť,
id enim manus hic significat quũuis & alijs multis modis
capiať Bal.& Aquen.ad cõplures inferentes quæstiones
in.l.manumissiones titu.præcedenti.Zasius Bar inquit si
gnificare uideri in.l.frater a fratre infra de condi inde.sine
iudicio auferri manu regia potuisse,si quid deberetur,qđ
minime ipe admittit quia ab initio ciuitatis ut Dionysius
lib.ij.docet ius litigantibus dictũ fuit licet non ea solemni
tate.non ex scripto uti post.ll.duodecim tabularum ser
uabatur.populus romanus quos patres elegerat iussit ut
sacra curarent.& ius dicerent non tamen negat cõtrouer
sias,a principio sæpe numero regijs iussib⁹ fuisse dirẽptas
sed,citra uiolentiam.regi enim equa iubenti facile pareba
tur.attamen Ser.Tul.rex sanciuit publica tantũmodo re
gis arbitrio.priuata vero iudicia sentẽtijs expediri ut lib.5.
Dionysius docet. manus itaq; regia ꝓ ea potestate regis
accipitur qua celsitudo principis conspicitur quæ etiã ho
die in principibus pollet nã & princeps sola facti ueritate
inspecta sine ordine iudiciario.seu quocũq; litigioso pro
cessu semoto parte tñ citata cognoscit. Et nihil plus olim
potuit manus regia.nec contrariũ uoluit Bar.si bene põ
deretur in.d.l frater a fratre col.4.quem in determinatio
ne illa de potestate patris & domini in filiũ & seruũ sequi
tur Dec.in.l.j.col.4.& in.l.imperium colum.5.infra de iu
8 risdictione omnium iudicum. De hac manu regia * per
quam olim iustitia administrabatur & omnia executio
ni mandabantur . antequam essent prodite actiones &
instituta iudiciorum solemnia.late ponunt Socinus & alij
Mod.in rub.ff.de verb.oblig.& Fort.gar in repetitione
capituli primi charta.16.versi.quo ad secundum de pac.
vbi aduersus Socinum conatur defendere ꝙ ex nudo pa
cto olim manu regia administrabať iustitia & pariter ho
die sed nimiũ torquetur & ea cõis est scribentium senten
tia.ut per Socinum in dicta rub.col.ij.quam opinionem
ipse pariter defendis & probat in.l.legem colum.iij.C.de
9 pac.vbi * ex nudo pacto hodie officium iudicis cõpetere
asserit,vt olim manus regia competebat. Et pariter posse
adiri principem pro obseruantia nudi pacti.cui sententiæ
subscribit Ias.in l.iurisgentiũ in.§.sed cũ nulla.ff.de pact.
& Lancel.galiaula no.reputans in dicta rub.de verb.obl.
col.42.cum sequenti in versicu. decimaquarta conclusio
plerunque tamen se dubitasse ait & inde distinguit ꝙ si
promissio esset facta ex abrupto & incõsiderate princeps
potestate absoluta contra legum dispositionẽ pro obser
uantia nude cõuentionis uti nõ deberet alias secus. & ita
procedat communis conclusio doctorum & sequuntur
quidam moder.in.l.legem C.de pact.dicam latius in.l.se
cunda.C.de pact.inter emp.& vend in.lxxix.quæstione.
10 * Habes itaq; quid importet clausula procedas manu re
gia,cui illa alia eq̃pollet ꝓcedas de iure & de facto ut pul
chre per Natam in repet. cle. sæpe.de verbo.significatio.
in.§.primo.colum.19.versicu. & si dicatur procedas de
iure & de facto & columna vigesimatertia versicu. & si
dicatur procedas manu regia. Apparet etiã ex hoc tex.
11 ʃm Bald.* populum de nouo creatum non habere legẽ
nec consuetudinem quæ longam requirit obseruantiam
l.de quibus infra de legi nisi esset accessorius & membrũ
alterius populi legem vel consuetudinem habentis ut est
castrum sub ciuitate nam lex capitis ad membra proro
gatur quæ propriã legem non habent.& idem de cõsue
tudine Felin.in cap.Rodulphus.col.4 &.9.de rescriptis.
Cor.consilio.111.in tertio uolumine ubi etiã tractat qđ
si tale castrum statutum habet contrarium statuto ciuita
tis dominantis de quo etiam Soc.consi.81.in primo uol.
&.80.in quarto uolumine ubi inuenias etiam ꝙ deficien
tibus statutis loci subiecti potiusq̃; ius commune statuta
ciuitatis attenduntur. An autem & quando populus re
gem sibi possit eligere.ponunt Bal.Ange.& Moderni in
lege ex hoc iure.titulo ꝑcedenti. Sed hic statim & a fron
te difficultates quædam insurgunt.In primis superfluitas
uidetur in illis uerbis sine certa lege sine certo iure quum
alterum satis fuisset exprimere Laurentius valla in elegan
tijs.cap.229.leges esse dicit alicuius principis uel liberi po
puli.Iura magis generalia esse * si quidem & ius naturale 12
gentium & ciuile est.institu.de iure naturali gentium &
ciuili.quæ declaratio nec soluit nodum nec ad terminos
nostros procedit.Etenim fuit ne populus romanus ab ini
tio sine iure naturali & gentium quod apud oẽs gentes
pereque custoditur.l.oẽs populi titulo præcedenti. fatuũ
est hercule hoc dicere. Posses solutionem colligere ex ca
pitulo ius generale cum sequenti prima distinctio cũ ibi
not.per Car.Alex.ius enim generale est lex iuris pars &
species quę proprie dicitur quando est scripta a legendo.
ut ibi per Car.in ca.lex est.Erat ergo populus Romanus
ab initio sine lege scripta & sine iure non scripto, qđ mo
tibus constat,posset etiam dici exaggerationem esse uer
borum & tex exornare.ut est apud iuuenalẽ. Veniet de
plebe rogatus.qui iuris nodos & legũ enigmata soluet.
subtilior & elegantior est tñ præcedens solutio. Secunda
difficultas Romulus ab initio leges curiatas tulit , ut hic
statim dicitur ergo falsum est ꝙ esset sine lege. facundus
Zasius ad id respexisse Pomp dicit quod ab initio uel fre
quentius vsu euenerat.licet.n leges curiate de q̃bus mox
a regibus ferrentur.modice tñ erant. & maxime ad sacra
ꝑtinentes nulla erant iudiciorum certa legitimaue. nec in
priuatis ciuiũ actis.certa lege res gerebatur. hoc est quod
sine lege dicit.facit gl.super uerbo filio.in lege moribus in
fra de uulg.& ita etiam esse accipiẽdum quod Dionysius
scribit Romanis ante leges duodecim tabularũ nullas cer
tas leges sed consuetudines fuisse. ✠ non simplr̃ videlicet 13
sed per frequentiã. Tu sanius intelligendo tex. responde
eũ minime dissidere si recte ponderet.leges enim curiatas
Romulus tulit aucta postmodum ad aliquem modũ ci
uitate ita aperte cantant verba Põponij.sicque non ab ini
tio cõdite vrbis ut difficultatẽ excitando minus recte in
tellexit Zasius. Tertia difficultas vr̃ fieri non potuisse ꝙ
populo romano a regibus gubernato postea Romulus
supuenerit in triginta ꝫ curias.ut hic subdit text.diuiserit
quũ Romulus fuerit conditor urbis. Respondet Zasius
iurisconsultũ nõ Romulo sed supioribus ascripsisse vrbis
conditionem, multa enim ut ait Halicar li.j.dubitatio de
constitutionis urbis tẽpore.eiusque cõditoribus fuit * qui 14
busdam uolentibus socios eneæ eã edificasse. alijs mulie
rem troianam incensis nauibus auctorẽ fuisse nonnullis
putãtibus a filio Enee Romulo romã cõditã. & quinde
cim etatibus post a Romulo esse instauratã itaq; si Põpo
nius alterã ex his sententijs secutus fuisset res esset plana ꝙ
Romulus instaurasse non condidisse vrbem diceretť. Sed
quia obst.lex fin infra de rerum diuisione.& ea frequen
tior est fama & opinio ꝙ Romulo auctore cõdita sit vt
supra ĩ prin.l.dictũ est.Ideo aliter ipse Zasius soluit ꝙ ver
ba illa sequentia postea aucta.&c.non ad proxima sed ad
superiora referri debẽt ut sit sensus quũ populus Roma
nus ab initio incerta lege uiueret Romulũ postea trigin
ta curias descripsisse nec est talis relatio incõueniens iuxta
not.in.l.si idẽ in.§.fi.infra de iur om.iud. Sed hercule * 15
quærit Zasius nodũ in sirpo.non enim dicit tex ꝙ popu
lo romano a regibus gubernato supuenerit Romulus ut
ipse oppositionẽ format,sed ꝙ aucta ciuitate quũ ab ini
tio manu

tio manu regia oīa gubernarentur Romulus descripsit
curias legesq; tulit curiatas & sic intelligēdo tex. plane ꝓ-
cedit & sine difficultate vlla. Quartā excitat zasius diffi-
cultatē. sibiipsi videt̄ tex. dissidere nā si populus ro. ab ini
tio sub manu regia gubernabat̄ nec sui erat arbitrii. quō
hoc vel illud viuendi genus instituere vel eligere poterat,
qui eū. sub manu alterius est is potius necessitate premi-
tur q̄ ei instituende vite facultas pateat. Respōdet quod
16 Romulus * vt auctor est Diony. li. ii. cōdita iā vrbe pop.
ro. tres proposuisse scribitur formas. regiā. s. itē paucorū
& porro popularē dñationē eisq; optionē reliquisse quā
ex eis eligerēt. paratū. n. vel imperare vel esse sub imperio
qui gubernationē regiam elegerunt vt quā dicerent sibi
optimā uideri q̄ eis libertas et in alias pa-aret ipiū iurisc.
itaq; nō ociose sed signate verbo instituēdi. i. eligēdi vsus
est q̄ aūt dixit eos iure incerto viuere instituisse accurate
refertur ad id quod statim infert. oīa n. manu a regibus
gubernata. satis incerta sunt quae gubernantis arbitrio ex
plicantur. Sed est hercule praesens difficultas exquisita ni
mium. nam verba illa agere instituit exponuntur ut per
Accursium viuere incipit permittendo oīa arbitrio Ro-
muli gubernari. sic itaque minime dissidere text. Tertio
not. q̄ ad modum aliquem aucta postea ciuitate Romu-
17 lum diuisisse populum in triginta partes. * quas curias.
appellauit eo q̄ republice curam per sententias earū par-
tium expediebat. quibus teste Liu. in primo ab vrbe con
dita. noiat dedere virgines rapte iussu Romuli, numerus
18 tamen raptarū maior triginta fuit * ut Liuius scribit Dio
nysius sexcentas octaginta tres raptas prodidit. Valerius
antias quingentas & viginti septem adeo parum inter se
conuenit historicis. Contigit raptus ille virginum quar
to mense ab eo quo vrbs condi cepta est. vt Fabius scri-
bit. sed Diony. teste & quod vero similius est non mense
sed anno condite vrbis quarto, sabinas spectaculo raptas
memorie proditum est. formulam praescriptam Romu-
lum instituisse diuisa omni multitudine trifariam testis est
Diony. singulisque partibus singulos duces praefecisse *
19 tribusq; eas appellasse ab ipsa sorte partiōe. Diuisit rursus
ipsas tribus in denas equales partes vocauitq; eas curias
quibus singulos duces praefecit. subsecuta est & alia curia
rū diuisio in decurias, vnde dicti decuriones qui illis prae
fuerunt vt late per Sabellicum libro secundo eneadis se-
cunde. Dicta est igitur vt tex. inquit curia a curo * eo q̄
20 reipublice curam expediat. vnde cardinales curiales dici
possunt eo quod eorum cura & consi. respublica expedi
tur vt per tex. nostrum dixit Oldradus consi. ccxi. ad pro
positum in. iii. col. nos etiam curiam pontificis & curias
pricipum hodie dicimus. Capitur etiam pro loco vbi rei
publice negocia expediuntur. & multis aliis modis vt p
Praepositum & alios in titu. de cap. qui curiam vendi. &
in cap. i. & ii. distinctio. lib. i curiales aliter dictos inepte et
ridicule ponit. de quo etiam per Are consi. xv. et Guido
nem pap q. cccclì. vbi infert ad nota. qōnem. Sumpta oc
casione a praedictis curiis & decuriis Zasius, & si imperti
nentia iocunda tamen quaedam de clientibus effundit. *
21 & Romulus (inquit) vt est apud Halicar. lib. secundo vr.
condita prouisurus ne iniuria locupletum in humiles vel
vicissim egenorum inuidia in potentes discordiam pare-
ret. plebeis permisit quem sibi ex patriciis patronum eli-
gerent. hi clientes dicebātur. erantq; ciuilis illa coniunctio
nihil aliud q̄ susceptum pro pauperibus humilibusq; pa
trocinium habuisse hos legitima instituta quibus vltro et
citro praestabant, hii officia illi beneficia, nā patroni pro
clientibus ea facere quae patres pro filiis. pecuniarum con
tractuumq; rationes explicabant. causas pro iniuste op-
pressis sumpsere. omnemque eis quietem publice & pri-
uatim exhibuere quod hodie cardinales pro cōmendatis
vel monasteriis, vel ecclesiis facere tenentur. E diuerso cliē
tes patronis egentibus ad dotem filiarum cōtribuere. cap
tos vel ipsos vel ipsorū liberos ab hostibus redimere, ne-
xos a creditoribus vel ere mulctatos liberare. eis adesse
debebant, nec phas erat vel accusare inuicem vel testimo
nium aduersus ferre. nec porro cum inimicis annumera
ri Erantq; hmōi coniunctiones haud absimiles sanguinis
necessitudini vsq; adeo vt clientes in officiorū ordine affi
nibus praefererētur. magna eos laudis ornabat accessio. vt
Gel. lib. v. docet qui clientes haberent quā plurimos qui
mos et ipsam italiam peruagabatur. Nā appius clausus a
quo appiorum familia processit a sabinis romā cū quinq;
millibus clientium migrasse traditur. vt est testis Valerius
ab his patronū clientūque institutis operas obsequia &
officia libertorū quorū iure crebra fit mentio radicē sum-
psisse non est dubium. ad hanc veterem patronorum in
clientes humanitatē respexisse videtur iureconsultus in. l.
iiii. in princ. ff. de his qui deiece. vel effude. cū praecedenti-
bus vbi clientes libertis & hospitibus cōnumerat licet gl.
et doc. ad hoc non aduertant. Nec porro imperator ocio
se in. l rem non nouā in. §. patroni. C. de iudi. clientes eos
noiat quorum patrocinium aduocati summerēt. hoc ho
nesto vocabulo significare volens qua humanitate qua fi
de qua obseruantia clientibus aduocati obligarentur, vt
pote quod eorum negocia ex vetustis moribus affinium
causis vt diximus sint praelata. hinc pulchre Gel. lib. xx.
c. i. Hic clientem in fidem acceptum cariorem haberi quā
propinquos. tuendūque esse contra cognatos populus
ro. censuit. neque peius vllum facinus extimatū est q̄ si ꝓ
baretur clientem diuisui habuisse. facit tex. not. in. §. fin. in
tit hic finitur lex. Fred. vbi vasallus tenetur dominū iuua
re, & defendere contra oēs etiam ascendentes & descen-
dentes ipsius vasalli qui clientulus dicitur in feu. de aliena
tio. feu his. consequens est verā esse sententiā doctorū qui
ibi tenuere vasallos de iure romano emersisse licet ex ve-
tustatis ignorantia ea assertio non probetur veritas tamē
pro ea est vt ex praedictis colligitur. Tractu tñ tēporis
quod oīa variat clientelarum nomen & virtus mutata
sunt fatendūque consuetudine & moribus multa etiam
in vasallis ſm Zasium nouata & antiquata curiarum iu-
ra. videas etiam Albe. in dictionario super verbo clientu
lus vbi plura iura de his mentionem facientia congerit.
licet antiquam vim clientelle ignorauerit. Quarto no q̄
dictio postea * interuallum denotat quia vt hic dr̄ diuisio 22
ista in curias per Romulum ex interuallo facta fuit. i. post
quam vrbs populosa esse cepit. clariorem vide tex. in se-
quenti versiculo postea ne diutius. glo. vulgatam in. l. pa
cta conuenta in princ. ff. de contrahen. emptio. Alex. cōsi.
xcviii. alias. xcix. ad fi. i. col. in. iiii. vol pulchre Bologn. in
consi. xxxvii. col. iiii. Barb. in cap. cum. M. ferrariēs. col.
xxvii. cum seq de constitutio. Cor. in singularibus in ver
sic. postea. & Ias. in. l. fructus. ff. soluto matrimo. vbi plu-
res determinat qōnes. Et quia de ciuitate nostra idest ro
mana Pomp. hic in princ. meminit. de iure ciuitatis roma-
ne * Et qui ciues romani essent dicemus in versic. fin. istius
prime partis in prima col. vbi inuenies magni olim fuis- 23
se pōderis & commodi ciuitate romana donari adeo ut
Claud. peregrinos qui ciuitatem romanam vsurparant se
curi percussserit auctor Suet. Est autem ciuitas * cōmunio
seu multitudo ciuium gratia vite vt quam maxime fieri 24
possit optime Philo. ii. & vii. polit. qua certe vt Zasius ait
non ex quorūcūque inhabitantium sed ex eorum multi
tudine coalescit qui velut propriam ciuitatis partem refe
rant. qui sunt ciues secundum Philoso. praeallegat. serui
inquilini hospites item & opifices tabernarii & alii qui
munerum ciuilium non sunt capaces. & quos Cicero. in
oratione pro. L. flacco. fecem ciuitatis nominat. licet mul
ti in ciuitate sint populosam quidem non autem magnā
ciuitatem faciunt. vt scribit idem Philosoph. facit singula
ris tex. in auctēn. de questore colla. vi. in princp. ibi ciuitas
nostra populosa est turbis diuersorum hominum quem
text. consueuit sepe allega. Bal. q̄ habens incolarum seu
domicilium in aliquo loco licet aduena sit non dicitur

forensis sed de populo quod seruit ad plures nota.qõnes
vt per Alex.consi.xli.col.ii et consi.lxxv.col.ii.in.v.vol.
Soci.cõsi.lxii.in.iii. dubitatione in i.vol & cõsi.lxxxvi.
col.fi.in quarto vol.Barb.consi.lxiii.col.ii in quarto vol.
& Seuer in repe.l.cunctos populos.col.lxxv.C.de sum,
ma trinit. quæ sit autem differentia inter ciuitatem &
urbem diximus in. leg. præcedenti. Et an episcopatus
sit de essentia ciuitatis ponit Abba. in capitu. i. de pri,
uileg.alii in l.Ciuitas. §.si certum petatur. Quinto notab.
25 ibi leges curiatas tulit ✠ regem posse legem condere nec
mirum quum oẽs reges supremã in subditos habeãt po,
testatem etiam si regnum ab alio teneãt rege vt diximus
post Bal.in proœ.ff.orum hinc dixit Bal. in.l.exemplo in
fi.C.de probatio.ꝙ in regno suo.text.est imperator ideo
dicta in imperatore in.l.penul.C.de dona.inter virum et
vxorem,vt ibi auctor est Bald.in rege locum habent de
quo etiam per Decium in rub.de constitu. col.ii.Bologni
nus hic quadam in apostilla impressa curias non curiatas
26 tam inepte q̃ imperite legendum asserit ✠ quum leges cu
riatas legendum sit.i quas curiatim seu per sententias par
tium curiarum expediebat ut ex Gel.capitu. uigesimo se
ptimo lib.xv.colligitur.conuocato enim populo per tri
ginta curias leges olim ferebantur quæ populi congrega
tio comitia curiata dicebantur a coeundo quod populus
coiret & uiritim leges ferret.hoc est quod iuriscons.supra
dixerat reipub.curam per snias partium expediri lege cu
riata.i suffragiis populi per curias collecti de quibus.ll.cu
riatis diximus aliqua in rubri supra eodem & mentio est
apud Sueton.in augu.Cic.in episto.ad Lentulũ & in ora
27 tionibus vbi leges populares eas nominat ✠ Veluti Põp.
subiungit etiam sequentes tulerunt leges in antiquis codi
cibus dicitur tulerunt & sequẽtes reges sed parum refert
quia si nõ est verbum reges subintelligitur in illo verbo
sequentes.s.reges.vt per Accursium qui vero hi sequen,
tes reges fuerint clare patet ex Liuio libro primo vbi ab
28 vrbe condita. Quæ autem fuerint leges regie ✠ a scribẽ
tibus non traditur.Sed Dion.Halicar.libro secundo insti
tuta & leges romuli aliorumque regum satis diligenter
secundum Zasium enarrat,ante oĩa Romulus diuisis cui
que officiis templorum ipse sacrorumq; & legum custo
diam & principatum . Item & iniuriarum quę maximæ
essent retinuit Senatui potestas erat decernendi quæ ex re
gno ad eum referrentur. At vero leges sciscere magistra,
tus creare bella decernere.suum plebis erat facere, magi
stratus,ius dicere,solis patriciis permittebatur. Plebs Ro
mana duobus potissime agricultura & militia exerceba,
tur . nec phas erat Rome oriundo sordidas exercere ar,
tes.Erat & lex Romuli ne proles necaretur nisi esset mon
struosa Ne porro bello captæ vrbes euerterentur prohi,
buit.De diis ĩmortalibus non nisi optima & sentire,& lo
qui iussit.nec is stupra homicidia aliaque ex greca leuita
te vitia opprobari est etiam mulieribus lege Romuli pro
pterea ꝙ Sabinum bellum ipsis auctoribus sopitum fuę
rat honos datus . nam statutum ut mulieri deambulandi
prior a viro locus concederetur. Et ne quid turpe mulie
re astante vel impudicum loqui liceret. Ne ve uiri nudi
ab ulla conspicerentur. Præterea & matrimoniorum rõ
nem haberi censuit . si quidem vxorem rerum omnium
sociam esse cum marito.alterum quoque alteri ab intesta
to morienti non extantibus liberis in totum succedere.
eis autem extantibus vna cum liberis equalem partem ac
cipere constituit. Fuere & nũme pompil.tertii regis nõ,
nulla instituta sed maxime ad rem diuinam pertinentia.
nam deos sine simulachris colere docuit . primum enim
principium mẽtem inuisibilem & increatam esse censuit,
proinde in centum et sexaginta annis in templis Rome si
mulachrum corporeum nullum extitisse traditur , quod
& Eusebius in libris de euangilica præparatione, ex sen,
tentia Clementis testatur opinatus eam legem ex Moy,
sis præceptis emersisse. Porro & collegium fecialium cõ

stituit.quorum officium erat custodire ne alicui confede,
rate vrbi bellum a romanis iniustum inferretur , quod si
forte ab aliis federa violarentur repetere res & si non red
derentur bellum decernere .'Ibat enim ad sedifran ciuita,
tem fecialis & admonitis,vt iusta facerent nisi paruissent
Diis federum superioribus inuocatis bellum cõminaba,
tur modum,ordinem,uerba & gestus reperies apud Ha
licar.Liuium.Fenes.& Plutarcum ✠ hinc emersisse vsum 29
represaliarum uerisimile putat Zasius ut non consuetudi
ne nouitia.quod voluit Bartol.sed a uetustissimis roma
nis legibus radicem sumpsisse appareat , eo saluo quod
represaliarum sedum & barbarum uocabulum ciuitate
romana non sit donatum.licet a iuristis peculiare vsurpe,
tur & ita uulgus nominat. Sexto nota.Sext.papirium
fuisse illis temporibus quibus superbus Demarati Corin
thii filius ex principalibus uiris aduerte quia. l. tarquin.
cui superbo cognomen facta indiderunt quia socerum se
pultura prohibuit . non Demarati corinthii fuit filius. ✠ 30
sed Tarquini prisci.Demaratus enim Corinthius domo
profugus ob seditiones quum Tarquiniis Italie oppido
forte consedisset vxore ibi ducta genuit. Tarquinium pri
scũ qui primo lucumo dicebatur. inde.l. Tarquinius pri,
scus,dictus fuit quintus romanorum rex . Tarquinii su,
perbi qui septimus fuit rex. vt Liuius in primo et quarto
ab urbe condi.scribit Et valer. maximus lib.iii.de his qui
humili loco nati clari euaserunt male ergo hic tex. dicit eũ
filium Tarquinii prisci. Audet Budeus dicere Pomp.
in hoc hallucinatum quod in re tam protrita fatuum est
cogitare non dico asserere. Ideo dicendum est Tarqui,
niũ superbum nepotem fuisse Demarati Cor . ex filio.s.
Tarquinio prisco vt diximus propterea non inepte De
marati Corin .filius nuncupatur quum filii appellatio e,
tiam nepotes comprehendat.l.iusta interpretatione. &.l.
filii appellatione.ff.de verborum significatio ✠ De quo 31
articulo an & quando filiorum appellatione ueniant ne,
potes traditur in. l. gallus in. §. instituens. ff. de liberis &
posthum.Soc in consi.ciii.cum multis subscri .sequenti-
bus in primo vol. & in locis uulgo cognitis. Corinthum
vero achaie oppidum & caput ✠ de quo hic est mentio a 32
romanis destructum legimus vt in Floro de bello achay
co.& Orosio lib. quinto capitulo primo fuit hercule iste
superbus Demara Cor.filius ex uiris principalibus ut di,
cit Pompo. ex regibus enim ut dictum est fuit. In aliqui
bus codicibus legitur ex principalibus iuris de libro Sex
to pap . intelligendo is enim fuit de principalibus libris
iuris eo tempore . præcedens intelligentia melior & plus
quadrat. ✠ De papirio quædam dicemus infra in versic. 33
musii auditores. Et feceram quandam historiam de pa,
pirio prætextato refert Gel.capitu. uigesimotertio primi
libri Nam;quum esset quidam mos rome senatores cum
filiis in curiam introire tunc in senatu res maior quepiam
consultata.& eo ꝙ in diem posterum prolata est placuit
ne quis enunciaret priusquam decreta esset. mater papirii
pueri qui cum parente suo in curia fuerat per cunctata est
quidnam in senatu patres egissent.puer respondit tacen,
dum esse.neque id dicit libere . mulier fit audiendi cupi,
dior,secretum rei quærit.igitur compressius uiolentiusq;
Tum puer matre vrgente lepidi,atque festiui mendacii
consilium capit , actum in senatu dicit utrum uideretur
utilius exque repub. esset, vnus ne ut duas uxores habe,
ret.an ut una apud duos nupta esset . hoc illa vt audiuit
animus expauescit domo trepidans greditur ad ceteras
matronas peruenit ad senatum postridie matrumfami.ca
terua lachrimantes atque obsecrantes orant . vna potius
vt duobus nupta fieret q̃ uni due. Senatores ingredien,
tes in curiam quæ illa mulierum intemperies & quid po
stulatio illa vellet mirabantur. puer papir.in mediũ curie
progressus rem ueluti fuerat denarrat. senatus admiratur
pueri ingenium . consultumque facit ut post hac pueri
cum parentibus ne introeant illo excepto. Induct
etiam

etiam Bal. hunc textum in illis verbis qui fuit illis tempo
34 ribus ad qõnem de teste dicẽte ꝙ tale quid factum tempo
re Vrbani pape ut probet. tempus enim probatur per ac
cidentia in tempore quæ sunt notoria. Septimo not. ex
35 fine istius princip. * laudari ordinem ab eoq; & composi
tione fieri denominationem. nam liber Papi. ius ciuile pa
pirianum appellatur non quia Papirius de suo quicquã
adiecerit sed ꝙ leges regias in vnum contulit & ordina
uit. nam sine ordinis compositione nihil esset. testis plato
quem Bal. hic refert. & scire quid facias nescire vero quo
ordine facias nõ est perfecte cognitionis teste Ambrosio
diximus post Bal. in rub proœ. supra. hinc dixit Are. cõ
si. lxvii. columna prima. sapientis esse ordinare concordat
Philosophus secundo metaph. & vbi non est ordo ibi
confusio. glo in auctenti. de heredita. & falci. in. §. inordi
natum in verbo confusum quandoque tamen vt in ex
traordinariis ordinem non seruare est ordo capi. ad no
stram. el tertio de iureiurando. & præcipue quum de scã
dalo dubitatur ordo iuris non est seruandus Ancha. pul
chre in consi. cclxxvii colum. fina. ad hunc tex. quod di
citur in. l. prima in. §. omnia enim nostra. C. de veter. iur.
enuclean. vbi qui non insubtiliter factum emendat lauda
bilior est eo qui primus inuenit. De quo eleganter Laurẽ.
Valla in proœ. sexti libri elegantiarum. Laudibus igitur
extollendus fuit Papirius qui regias leges sparsas in vnũ
cõposuit. de quibus legibꝰ regiis retulimus aliqd in supio
ribus. declarat etiam Aretinus insiitu. de actionibus in
principio in secunda columna. vt quod hic dicitur de iu
re Papir. intelligatur respectu cause materialis immediate
non autem respectu cause efficientis. vt ibi per eum. Po
stremo inducitur hic textus per glossam & doctores ad
36 quæstiones aliquas ad illam præcipue * de colono appel
lante fundum dominu suum, ratione enim culture & ordi
nationis non errat impropriè tamen istud est. & non pro
cederet in statutis secundum Bald. de quo plene Alexã.
Ias. & alii in rub. ff de nou. operis nunciatione. vbi de hac
glo. festum celebrant. Colligit etiam hic Alber. arg. pro
adiuuandis testibus largo modo qui dicunt rem esse ta
lis qui dominus non est sed in ea ius aliquod habet facit
glo. in. c. primo in versiculo nec valet de postu. præla.

Ex. versicu. exactis deinde regibus.

Sequitur versic. exactis.

Hic videbis quo iure vsus sit pop. Roma. annis. xx. post
exactionem regum cui regiam libidinem dedisse causam
37 ex libro primo. Liuii satis aperte constat * contigit anno
vrbis ccxliii. ab urbe enim condi. ad liberatam regnatũ
est rome annos. ccxliiii. testis Liu. In text. ibi exactis idest
38 extra actis & expulsis Plau. itaque omnes exegit foras. ✠
In tex ibi. l. tribunitia idest per tribunum lata. tribuni
tium dicitur quod ad tribunum spectat * Saluſ. postquã
39 C. pop. & . M. Crasso consulibus tribunitia potestas resti
tuta est. & Liui. non semel in. ii. ab vrbe condit. Nec in
telligas de tribuno plebis sed de tribuno celerũ vti Bru
tus erat secundum Zasium quod dubio caret hoc nãq;
tempore adhuc non erant tribuni plebis qui annis sexde
cim post creati fuerunt vt videbis in versicul. deinde
quum esset in ciuitate. Lata est igitur hæc lex a tribuno
celerum in quo magistratu tum Brutus erat * vt in. §. se 40
quenti dicitur qui sicuti eiiciendi reges auctor fuit. ita le
ges regias se auctore aboleri voluit, ne memoria vesti
giaque regum conspicerentur ita illos odit & libertatis
acer fuit custos. vt libro secundo Liuius scribit. In text.
ibi exoleuerũt idest ab vsu remote fuerunt ✠ vt per Qui 41
tilianum libro quinto & Liu. sepe eas autem potissime le
ges abisse credendum est quæ ad mores ad ritus regios ꝑ
tinerent Ceterum si quæ. ll. diuina respicerent aut huma
na durasse verissimile est ſm expolitũ Zasium. cuius con
trarium arbitramur verius quũ potius verisimile sit oẽs
leges regias abolitas cũ regibus ne regũ vt diximus re
manerent vestigia. nec per verisimile ambulandum vide
tur quum tex. dicat omnes leges regias exoleuisse. Item
ibi iterumque cepit, sicuti enim ab initio ciuitatis ita post
exactionem regum populus eatenus dicitur incerto iure
vsus fuisse ꝙ frequentius consuetudine vteretur faciunt
quæ scripsimus supra in principio in secunda difficultate.
Item ibi quam per legem latam in antiquis codicibus
quam lege iacta scriptum legitur & rectius. Item ibi
annis viginti passus est idest consensit admisit approba
uit cur autem tex. dicat prope annos viginti declarabitur
in § sequenti in uersiculo eisdem temporibus super ver
bo exacto ubi glo. hallucinatam inuenies.
Nota primo secundum Albericum & Bald. * ꝙ licet 42
Imperator sit imperio priuatus vti Federicus fuit, tamen
quas fecit leges firme remanent nisi per successorem cas
sentur, exoleuerunt enim leges regie vt hic dicitur lata. l.
tribunitia qua non facta remansissent regie. In oppositũ
videtur text in capitulo translato de constitutio. vbi trã
lato sacerdotio transfertur lex sacerdotii Bald. ibi sum
mat * abolito titulo regis aboletur vigor & titulus sue le 43
gis ideo leges lõgobardorum non sunt in vsu nec in cau
sis allegande secundum Bald. quia ea gens & eius regnũ
est abolitum & sublatum ac omnia simul corruerunt. fa
cit text. l. tutellas infra de capitu. dimin. mutato nomine
transfertur dispositio in eo nomine fundata. vt pulchre
per Socinum in consi. cccxiii. columna secunda in pri
mo volumine. Non est tamen ab opinio. Bald. disce
dendum vt tradit Barbat. in dicto capitulo translato co
lumna secunda & tertia text. enim ibi dicit translato sa
cerdotio necesse est ut legis translatio fiat ergo non legis
correctio vt est text in capitulo inquisitionis in princi
pio ibi per Federicum olim romanorum imperatorem
tunc in deuotione romane ecclesiæ persistentem. cum al
legatis ibi per Felinum columna prima. & Barb. consilio
quarto columna sexta in princip. volumi., vbi ait ꝙ illud
dictum abolito titulo regis aboletur vigor sue legis. &
nouus rex noua lex * intelligitur si mutetur alias secus. al 44
legat tex. infra in ver. nouissime ubi licet populus roma
nus transtulerit omne regnum suum in principem non
tamen fuerunt abolite nec subtela leges aut plebiscita nisi
quatenus Cesari placuit. Limita prædicta in legibus ty
rãni quia abolito eius titulo aboletur & eius lex ipso iu
re. l. decernimus cum glo. in verbo funditus. C. de sacro
sanct. eccles. vbi scribentes & Alberic. hic. * lex vero lon 45
gobarda non potest allegari quia non est inserta in cor
pore iuris. vt per Barbat. in dicto capitulo translato, co
lumna prima. Sed aliter circa illã legem distinguit Alex.
in. l. pro herede. §. fina. columna ultima. ff. de acquiren. he
redita. Secundo nota. Bald. valere generalem cassatio
nem legum & statutorum. ✠ Sed videtur populum ro 46
manum iuridice istos reges expellere non potuisse. regẽ
enim & dominum suum propter tyrannidem. & insup
portabilem seuitiam populus expellere nequit. Bald. &
Mod. in l. ex hoc iure. chart. prima supra titulo proxi
mo. Responde hoc non procedere in populo Romano
qui liber erat & lege sua non ligabatur quin recedere lice
ret. l. si quis in princip. testamenti. ff. de legat. tertio adeo
ꝙ post imperii translationem potuisset olim Imperatorẽ

47 priuatæ. hodie secus vt p Bart. in. l fi. C. de legi. vbi text.
nostrum adduxit notant scribentes in l. nõ ambigitur. j.
de legibus. & dicam latius infra in vlt. col. versic. fin. istius
prime partis. Glo. in verbo exactis opponit cõtra text.
& dupliciter soluit, videtur enim male Pomp. dicere exa
ctis regibus numero plurali quum vnus tantum rex ex
pulsus fuerit Tarquin. superbus scilicet & ita corrige glo.
dicentem principaliter vt dicat pluraliter primam sol. gl.
exponentem plurale pro singulari sequitur Zasius * ad
48 quod multa ponit Alexand. consi. cxxxvi. col. i. in quin
to volu Socin. consi. xliii volu. i. & Dec. consi. l. ad finem.
Sed quia in dubio a proprietate verborum non esse re
cedendum. l. nõ aliter. ff. de legat. iii. & de proprietate ver
borum pluralitas non verificatur in vno *. l. vbi nume-
rus infra de testib. l. fin. j. ad trebelli. ideo parum placet so
49 lutio prædicta. Sequens solutio q. cẽseantur plures ex-
acti quia dictum fuit q nullus deinceps esset quam etiam
sequitur Zasius propter auctoritatem Liuii in. ii. ab vrb.
cond. dum ait Brutum iureiurando populum adegisse,
neminem Rome passuros regnare. respondisseq; populũ
legatis Porsene qui pro Tarquinio restituendo ad roma
50 nos accesserant. * hostibus potiusquam regibus portas
patefacere in animum induxisse sed nec ista solutio proce
dit. licet enim fuerit decretum neminem deinceps rome
regnare. plures expulsi non dicuntur. quum priuatio ha
bitum præsupponat l. decem cum similibus ff de verb.
obliga. si ergo alii admissi pro regibus non fuerunt qũo
dici possunt expulsi. Aliter igitur dicas. nam cum super
bo liberi eius exacti fuere ideo Liuius ad finem primi li-
bri exacti inquit inde liberi regis duo patrem secuti sunt,
qui etiam viuo patre * reges appellari possunt. glo. in ca.
51 fina xxiiii. qõne prima hac ratione dicit postea Liuius li,
bro ii. factam fuisse post ea coniurationem de accipiendis
clam regibus in vrbem.

Sequitur versiculus postea ne diutius.

Ex versic postea ne diutius. l. ii. ff. de orig iur.

Sequitur versicu. postea ne diutius.

Tractat hic Pomp. de legib. duodecim tabul. et earum
origine de quarum excellentia & laudibus videnda sunt
quæ diximus in rub. supra eodem. In tex. ibi in tabulis
eburneis prescriptas pro cosiris cõposuerunt. in antiquis
codicibus est eboreis. * Eburneus ab ebure venit ab ebo
52 re deducitur eboreus. in soluta oratione eboreus plerũq;
ponitur significans q est ex ebore solido Quintil. lib. v.
quum in triumpho Cæsaris eborea oppida essent transla
ta. in carmine ponitur eburneus. Iuuen. & eburnea sella.
Ouidius impubesq; genas & eburnea colla decusq;, quũ
uis Pompo. ifra de decem viris eburneis vtatur imo ait
quiddam volunt non eburus sed eneis. tabulis impres-
sas leges pro rostris positas. * id quod volunt Diony. lib. 53
decimo Liui. tertio ab vrb. condit. Plin. libro trigesimo-
quarto dum loquitur de istis tabulis eneis in quibus con
stitutiones incidebantur. sed & federa latinorum in colũ.
nam eneam incisa esse post rostra. Cicero in oratione pro
Corn. balbo. meminit. Pro * rostris expone idest ante 54
rostra signata est figura loquendi. sic proscenium locus
ante scenam de rostris infra dicetur. Circa petitionem
harum legum a græcis factam & consecutionem Accur
sius hic in inquirendis rerum antiquarum historiis vere
perparum exercitatus rem affert veritati & historie mini
me consentaneam de stulto disputante cum legato græ-
corum. * qui trinitatis misterium fortuita gesticulatione 55
significasse dicitur. sicque iudicatos romanos dignos legi
bus quod vere somnium & fabulamẽtum Accursii est,
quum cõstet multis ante christianam religionem seculis.
romanos leges ab Atheniensibus transtulisse secundum
Budeum Angelum politianum prius. & eloquentissi-
mum illum campanum. sed Zasius hic locos miscuisse
Accur existimauit. veram historiam hic tangit text. &
statim latius dicemus. Et licet Pompon. letus loco præ
allegato hanc rem ut Pompon. hic referat constitos de-
cem viros qui leges a græcis peterent qui in decem tabu
lis ex athenis eas tulerunt. Alii tamen aliter referunt
Liuius in. iii. ab vrb. cond. quum de legibus inquit con-
ueniret de latore tamen discreparent * missi legati Athe- 56
nas Spu. Posthumis albus. P. Sulpitius. Camerinus. A
Manlius iussique inclitas leges Solonis describere. & alia-
rum græce ciuitatum instituta moresque noscere. Non
ergo per decẽ viros sed p tres petite fuere leges a græcis.
Iam redierant subdit Liuius legati cum atticis legibus.
eo intentius instabant tribuni, vt tandem describenda-
rũ legũ initiũ fieret. placuit creari decẽ viros sine prouo-
catione & ne quis eo anno alius magistratus esset Vult
ergo Liuius creatos fuisse hos decem viros vt leges illas
describerent, & interpretarentur. Non quod eas peti-
tum iuerint. & ibi trium legatorum & decem virorum no
mina & cognomina ponit. Subiiciens quum ad rumo-
res hominum de vnoquoque legum capite edito satis
correcte viderentur Centuriales comitiis. x. tabularum
leges perlate sunt quæ nunc quoque in hoc imenso alia-
rum super alias aceruaturum cumulo. fons omnis publi-
ci priuatique iuris est, vulgatur deinde rumor duas dees
se tabulas quibus adiectis absolui possit velut corpus
omnis romani iuris. & cum Liuio alii historici concor-
dant. Fene. in capitulo de. x. viris legum ferẽdarum Gel.
capitulo primo libro vigesimo Plin. de viris illustribus
capitulo vigesimo, & Isidorus libro quinto etymol. re
fertur in capit. Moyses septima distõ. voluit præfari q. x.
viri creati fuerint describendis legibus quæ ex libris solo
nis per tres præscriptos legatos allate erant qui ut pro le
gatione tam longinqua * . præmio esset honos. ac quia 57
peritos legum peregrinarum ad condendum noua iura
vsui fore credebant. inter decem viros annumerati fuere
teste Liuio. Zasius contrarietatem sentiens & si prædicta
non adducat vt iurisconsultum cum historicis concorde
mus verba per suppletionem accipienda dicit. peteren-
tur idest petite & allate scriberentur. sed non sonat in auri
bus meis tanquam extranea expositio & violentia a per-
ta. Tu nunc respon. q relatiuum per quos ad oẽs. x. vi-
ros relationem non facit. sed ad illos. qui leges petitum
iuuerunt quas postea ipsi. x. viri pro rostris composue-
runt vt lex subiungit. Pro qua respu. facit. regula quam
pulchre colligit Geml in cap. secundo de electioni. in. vi.
& Iaso. in l. cunctos populos in secunda lectu ad fin. secũ
de col. C. de summa trinita. vbi ponunt q relatiuum so-
lum refertur ad ea antecedentia ad quæ referri potest.
Pondera in primis text. optimum ad illud vulg q di
ctio postea * denotat longum interuallum nam q hic di 58
citur fuisse postea factum vt leges a grecis peterentur nõ
statim

ftatim post vigesimũ annũ ab exactione regum ficq; an-
no cclxiiii.sed.ccc.altero quo condita roma fuit vt ex Li
uio in.iii.ab vrbe cond.patet & Gel. cap.i.lib. vigesimo,
& sic lõgo interuallo pp quod videtur inferri posse dece
ptum fuisse Pompon. letum loco præalle. anno. cccix. id
contigisse dicens nisi impressoris sit vitium. Secundo no
tat.ibi placuit ex publica auctoritate decem constitui vi-
59 ros argumen.secundum Albericum.& Baldum. * ad id
quod sepe fit quum per consilium populi aliquid com-
mittitur sapientibus valet enim licet non reducatur ite-
rum ad consilium quia sufficit semel fuisse commissum se
cundum Iacobum de arena. & Cinum sed si veram respi
cies historiam oppositum videtur dicendum quia illi de-
cem viri compositis legibus populum ad concionem
aduocauerunt. & quod bonum faustum felixque reipu.
ipsis liberisque eorum esset legere leges propositas, iusse-
re se quantum decem hominum ingeniis prouideri po-
tuerit omnibus summis infimisque iura equasse. plus pol
lere multorum ingenia consiliaque versarent in animis se
cum vnamquamque rem agitarent deinde sermonibus
atque in medium quid in quaque re plus minusue esset
conferrent eas leges habiturum popu Romanum quas
consensus omnium tulisse videri posset ita Liuius libro
tertio facit text. optimus in procem. instituto. ibi legi-
mus & robur accommodauimus. Non recedo tamen
a decisione prædicta eo quia paria sunt mandatum præ-
60 cedere vel ratihabitionem subsequi * .l. fina. C. manda.
capitulo ratihabitionem de regul. iuris in sexto. satis est
itaque mandatum commissionẽue præcessisse non ob-
stat quod decem uiri iterum ad consilium populi eo-
sum factum reduxerint, id enim ex voluntate potius q̃
ex necessitate fecere. & vt populus romanus videretur li-
gari legibus quas omnium consensus tulisse videri pos-
set quod etiam sentit idem Liuius. Tertio nota ibi ut ci-
61 uitas fundaretur legibus * ciuitatum fundamenta consi-
stere in legibus. hinc Cic. pro Cluentio. men. & animus et
consilium & sententia reipub in legibus posita. est vtque
corpora nostra sine mente sic respub. sine lege suis parti-
bus vt neruis ac sanguine & membris vti non potest. le-
gum ministri magistratus legum interpretes iudices. le-
gum denique iccirco omnes serui sumus vt liberi esse pos
simus. hinc & philo. rhetor. prima ad ciuitatem tuẽdam
non minimum est ciuem legislationis esse sagacem nam
salus ciuitatis in legibus posita est. Meliusque est ciuita-
tem ab optima lege quam ab optimo viro gubernari,
vnde qui legem preesse iubent videntur iubere deum
preesse & leges. qui autem hominem iubet preesse adiun
git & bestiam seuam ita Philo. ad finem tertii lib. poli.
62 vbi rationem dicit. Habens vero leges condere ad alia-
rum ciuitatum leges prospicere debet quemadmodum
hic legis fecisse romanos, ex inspectione enim aliarum le
gum viso reipub. statu & diligenter singulis circumstan-
tiis consideratis deprehendi potest in quo ille leges sint
imitande in quoque ab eis recedendum. Et ad leges ferẽ-
das secundum Philo. rhetor. prima peregrinationes qui-
bus multarum gentium leges cognosci possunt perutiles
sunt. Est enim pars sapientie non minima nouisse gentes
63 multiiugas & hentium ritus vnde Homerus * Vlyxem
virtutis preconio extollit q̃ mores hominum multorum
norit & vrbes. Quarto nota. ibi pro rostris composue-
runt q̃ scriptura incisa in ligno ere vel lapide & posita in
64 loco publico auctoritate superioris dicitur esse scriptura
publica ad probandum ea quæ in scriptura continentur
hunc tex facit ad hoc singularem Aret. in ca. cum causam
col. secunda vbi pulchre Felin. iii. de probatio. idem facit
Barb. in. c. primo colum quinta de postula. prelato. vbi
dicit fieri intimationem per appositionem scripture ad
locum publicum nec requiritur semper q̃ promulgetur
auribus cuiusque extra casus ibi notatos. An autem de
necessitate & substantia sit vt lex & statutum publicetur
* vide Dec. post Abba in cap. primo. col. tertia de postu 65
la. prelato. pulchre Alex. consi. xxxix colum. fina. in. iii.
volumi. & dicemus etiam infra in glo. pro rostris adde
Alex. in consi clxxxi. col fina. libro sexto. Quinto not.
ibi vt possent apertius leges percipi q̃ ea quę publice po
nuntur vt ligent ita clare poni debent q̃ intelligantur * 66
facit tex. not. in l. sed & si pupillus in § proscribere infra
de institu. vbi Pau. de castro illum textum semper dicit al
legari qualiter fieri debent ista edicta quæ publice poni
tur in valuis palatii vel ecclesiarum quia debent poni bas
se ita q̃ ab omnibus legi possint. alias non ligant quod
est not. §. illum proscribere posses exornare vt per Paul.
de castro in consilio. cccxxxiii in antiquis Sign. consi. lix.
Feli. in c ex parte decani col decimatertia. & . xv. de rescr.
Sexto not. x viris datum fuisse eo anno ius summum in
ciuitate vt leges corrigerent & si opus esset interpretaren
tur neque ab eis licita esset prouocatio quã historiam late
prosequitur Liuius in tertio ab vrbe condi * ex. quo cõ 67
stat ipsos decem viros sub velamento legum perficienda
rum etiam altero anno electos tertii porro anni magistra
tum proprio ingenio vsurpasse, per istum text. dicit Car.
Alex. in. c. moyses septima distinctio. q̃ data alicui pote-
state condendi legem * non censetur data potestas corri- 68
gendi siue interpretandi quod patet quia istis. x. viris da-
ta prius fuit potestas leges condendi postmodum quasi
prima non sufficeret data fuit corrigendi & interpretan-
di facultas. Et si dicatur eius est condere cuius est interpre
tari. responde verum in condente legem iure proprio. L.
cum de nouo infra de legi cap. cum venissent de iudi. se-
cus in eo qui iure delagato vt isti. x viri faciebant. statu-
ta enim lege functus est officio suo argu. tex. in cap. in li-
teris de offi. delega. & in cap. si compromissarius de ele-
ctioni lib. sexto. Dicit etiam Bal. per hunc textum appel
lari posse ab iniquitate legis vel statuti nisi appellatione
remota sit cõmissum arbitrium vt hic * de quo plene Bar 69
to. in. l. ii ff de appellatio. recipien Felin. Dec. & alii in cap.
cum omnes de constitutio Dec in cap. consuluit. el tertio
col. fin. de appellatio. Ias. in repe. l. quominus. in vigesima
quinta questio. ff de flumin. Septimo not. ex accidenti
q̃ esse appellatas leges duodecim tabularum additis dua- 70
bus tabulis & sic ex accidenti facta est appellatio quia res
non permansit in statu suo primeuo vel naturali l. i. §. ad
bestias de postulatio. de quo dicetur in glo. fina. per hunc
textum colligit Bal. non dici idem quando numerus est
mutatus * ad oppositum est not. tex. in. l proponebatur 71
infra de iud. vbi populus nunc existens dicitur idem po
pulus qui erat iam centum retroactis annis licet adeo mu
tatus fuerit vt mortui sint omnes qui tunc erant, & hic
tex loquitur quãdo denominatio fit a numero quia tũc
mutato numero mutatur necessario numeri denominatio.
primo enim appellabantur leges decem tabularum quia
decem tabulis cõtinebantur additis duabus tabulis a nu
mero tabularum necessario appellate sunt leges duodecĩ
tabularum has duas tabula. decem viri quũ iam potestas
eorum in tyrãnidem verti cepta esset adiunxerunt ne ni
hil fecisse viderentur. de quarum legum laudibus dictum
est supra in rub. Vltimo not. Hermodorum ephesium
in Italia exulantem auctorem fuisse ferendarum legum
scribit. Seneca in epsis scribit eos q vetusta ex alieno secu
lo verba loquerentur ✠ ad appios & coruncanos redire. 456
Quis aũt primus lib. publice legendos præbuerit tradit
Gel c.vlt.lib.6. Tertio no. ibi ceteri aũt q ante Tyb.cor.
alij iurisconsulti ius ciuile in latẽti retinebãt ✠ potiusq; cõ 457
sultationibus q̃ scientie inuulgãde studebãt quãq; discere
volẽtibus se præberẽt sic Cice.de oratore veteres illos scri
bit qui huic sciẽtie præfuissent obtinẽde atq; augende po
tentie sue causa ,pmulgare artem suã noluisse. Hinc Liui.
ad fi noni libri Gn.inquit Fla.scriba humili fortuna ortus
ceterum callidus vir & facundus ius ciuile repositũ in pe
netralibus pontificum euulgauit fastosq; circa forum in al
bo ,pposuit vt sciretur an & qñ lege agi posset. Vt tamẽ
inquit hic Zasi poterat illos veteres sua ratio defendere.
Veruntamẽ eum qui se facilem præbet discere volẽtibus
omni honore venerandũ putat quum teste Bernardo nõ
minus sit scientiam docere q̃ alimẽta vita subministrare
* facit illud Danielis.xii ca qui multos instruũt ad iustitiã 458
sicut stelle fulgebũt in regno Dei. Et quemadmodũ ius ci
uile ante tyb.Cor.in latenti erat vt hic tex dicit ita præter
legem q̃ Moysi in mõte Deus dedit.Et q̃ illi quinq; libris
cõtentam scriptã reliquit. Reuelatam quoq; ab ipso Deo
eidem Moysi fuisse veram legis expositionem.cũ ministe
riorum & omnium secretorũ quæ sub cortice & rudi ver
borum facie continẽtur manifestatione q̃plures ex sapiẽ
tibus hebreorũ tradunt. Sicq; Moysen duplicem in mõte
accepisse legem literalem & spiritalem. illã scripsisse & ex
pręcepto Dei populo cõmunicasse De hac vero a deo mã
datum sibi ne eã scriberet sed sapiẽtibus qui erãt lxx com
municaret. quos idem Moyses ex Dei pręcepto ad custo
diendam legem elegerat. Eisq; itidem preciperet ne eã scri
berẽt sed successoribus suis viua voce reuelarẽt. tum & illi
aliis & sic ordine perpetuo.Ex quo modo tradẽdi scientiã
ipsam p successiuam.l.receptionem vnius ab altero dicta
est ipsa scientia. scientia gabale quod idem est qđ scientia
receptionis quia apud Hebreos. Idem significat Gabala
quod apud nos receptio postea tñ ex causa ministeria ipsa
literis mandata fuere in. lxx. libris qui libri dicti sunt libri

Gabale. quos Hebrei latinis communicare noluerunt. qui
ex illis suis telis confoderent, multa enim mirabilia & no
stre fidei consona ibi inueniunt prout de his latius scripsit
Io. pius mirandulanus in. vj. quęst sue apologie. Quarto
not. ibi fuit autem qđ Publ. papirius fuit in primis peritus
iuris nec vt Accur intelligas post Cor sed in primis. i. præ
cipue vel inter primos iurisperitos. Et longe añ Tyb. Cor.
459 fuit hic Papir. * qui leges regias in vnū contulit vt aperte
dicitur in sequenti versi. ibi post hos Tyb Cor. Nec refra
gatur litera superior. nam Tyb. Cor bene fuit primus qui
publice profiteri cepit at hic Papir fuit in primis vt hic dr
iurisperitus idest inter primos iurisconsultos. Quinto no.
ꝙ ab hoc idest post illum Papir. floruit App. Clau regilla
nus. s. cuius maximum in. xij tab. scribendis consilium fuit
460 ✠ vt etiam Pompo. letus scribit quo in legibus constituē
dis nemo fuit præclarior asserendis nemo deterior. ꝗꝗ
initia virtutum præbuit etiā morum magisteria exhibere
teste Cipria. phas fuisset. Hic decemuir summa inter col
legas auctoritate ꝓpter stuprum in virginiam tentatū in
carcere periit vt supra plene tactum fuit. Non intelligas
etiā fuisse hūc Regillanum immediate post Papir. magno
enim interuallo post eum fuit. Sexto not. ibi post hunc
ꝙ post Ap claud. decemuirum alius eiusdē generis App.
461 maxime scientie fuit * qui vt refert hic Pomp. multa egit.
Hunc text. quasi vbiq; deprauatū prædicat Zas inscitia li
brariorum qui vt sunt pleriq; indocti ita ceci iudicio. ausu
temerarij aduētitia veris immiscēt sincera fedant. ordinata
peruertūt. quia hic App. dicit nō fuit Centiuianus appel
latus. sed posterior Appius qui & literā. R. introduxisse
& de iure ciuili scripsisse traditur ꝓpterea hūc tex. sic resti
tuendum putat. Post hūc App clau. eiusdem generis ma
ximam sciētiam habuit. Appiam viam strauit Claudiam
aquam induxit. Et de Pirro in vrbem nō recipiendo sentē
tiam tulit, hunc etiam actiones scripsisse traditum est. inde
Appius clau. hic Centinianus appellatus est. qui videt ab
hoc ꝓcessisse primus de vsurpationibus scripsit. Et R lite
ram inuenit vt ꝓ valesijs Valerij essent. Et pro fusijs furij.
Motus vt reor Zas. fuit qm̄ in primis App cla. cecum de
quo hic sermo est Centinianum in loco auctentico appel
lari non inuenit, ob id illa verba hic Centinianus appella
tus nō posse hic recte legi credidit. sed transportanda. po
steriori q; Appio ad scribēda putauit qui. R. literam inue
nit hunc Cice. iij. offic. centimalum nominat qui tempore
Censorij fuit longo interuallo post ap. cecum nō. n. App.
ille cecus vt litera corrupta innuit sed posterior App R. ꝓ
S. introduxit testimoniū cuius Rapha volat. dicens ita in
ff. scribi cui verisimiliter putat veriorem cōtigisse tex. hūc.
etiam auctore eodē volat. dicit primū de vsurp. scripsisse
non ap cecum. ideo vt supra aptanda est litera & vbi in se
quentibus tex. habet idem App. legit inde nec alias sensus
idoneus eliceret nam quid refert verbum idem an ap. ce
cum & tūc verba sequētia qui videtur ab hoc processisse
nō quadrant, a quo enim ꝓcedere videtur an a seipso. ꝙ ri
diculum est. an dices ab ap. decemuiro at illud latine rei ele
gantia non patit. Item quum supra dixerat App. cecum
eiusdem generis fuisse cū Appio decemuiro quō hic sub
ambiguo repeteret quod supra certum posuit legit ergo
inde vt sit sensus. ab Appio cecum Appium centimalum
ꝓcessisse qui. R. literam inuenit. Sed huiusmodi restitutio
(& si nō negem tex. obscuratā offuscatum) necessaria nō
est, nec mihi placet quum penitus inuertat literas & nouū
effingat tex idq; solus volat. auctoritate & testimonio pe
ne efficiat. cui ego non tm̄ tribuerim vt alios omnes quos
vidi etiam vetustissimos codices mendosos dicam. Præ
terea fidelis antiquitatis relator Pomp. letus vir nō mino
ris ꝗ volat. auctoritatis in. c. de iurisperitis. cōcordat cum
tex. nostro, post hunc ait eiusdē familie Appius clau. cen
timanus qui viam appiam strauit & aquam clau. induxit
& de Pyrro in vrbem non recipiēdo sententiā tulit. actio
nes scripsit & primum de vsurpationibus qui liber. non

extat idem. R. literam inuenit vnde valesij & fusij valerij
& furtij dicti sunt. Lego igitur literam vt iacet addita
dūtaxat cōiunctione & ante verbū illud primū de vsurpa
& sic totus sermo iuriscōsulti erit de app. ceco nō de tertio
vt sensere præfati, & relatiuum idem refert app. cecum de
quo ꝓxime dixerat. nec refragantur sequentia illa verba
qui videt ab hoc processisse quæ intelliguntur ab hoc ap.
Clau. decemuiro de quo ꝓxime fit mentio elegātia latini
sermonis quod ego videam nō repugnāte. Nec me mo
uet qđ sub ambiguo repeteret qđ ut certum prius asse
ruerat. Appium videlicet cecum fuisse eiusdē generis cum
app. decemuiro. nō enim sequit fuit eiusdem generis & fa
milie ergo ab eo ꝓcessit. potuit enim ab alio de familia illa
ꝓcessisse quū ampla et generosa fuerit semper Rome clau
diorum familia * testis Sueto. in Tyb. Cæsare in capite de 462
gente claudiorum & Gel. c. xxj lib. xvij. Plus ergo dicit
hic ꝗ supra. vz. qđ iste App. cecus videt ꝓcessisse ab illo
decemuiro. Hinc pulchre elegāterq; apud Liu. in. ix ab vr
be cōdi contra hūc App. cecum. P. sempronius inuehitur.
Hic est inquit quirites illius Appij ꝓgenies q decemuir
in annū creatus altero anno seipse creauit tertio nec ab se
nec ab vllo creatus. priuatus fasces & imperium obtinuit.
nec ante cōtinuando abstitit magistratu ꝗ obruerēt eum
male parta. male gesta. male retēta imperia hæc est eadem
familia quirites. cuius vi atq; iniurijs expulsi extorres pa
tria. sacrum mōtem cepistis. Et consonat qđ sit iste App.
cecus q de actionibus & de vsurpationibus scripsit quum
iurisconsultus hic in prin dicat eū fuisse magne sciētie * Ap 463
piam ergo viam strauit. Iul frontinus a porta capena vsq;
ab vrbem capuam muniendā curasse auctor est. Strabo
lib. v. vsq; brundusium strauisse scribit. Et Pli de viris illu
stribus c 24. viā vsq; brundusium lapidibus statuit vnde
illa appia dicta est qđ parum refert propter modicam lo
corum distātiam. Et claudiam aquam dicit text. induxit
annienem fluuium significat. ✠ Appius enim prædictus 464
quum esset censor eā aquam induxit in vrbem & ꝓpter
ea censuram sibi cōtra. l. emiliam in quinquennium ꝓro
gauit vt eum aque ductum & viā appiam pficeret auctor
Iul. front. Et Pli præalle. ac Liu lib. 9 Censura inquit clara
eo anno Appij clau. & Gn. plaucij fuit memorie tn̄ felicio
ris ad posteriores nomen appij ꝙ & viā muniuit & aquā
in vrbem duxit. De Pyrro in vrbem non recipiēdo sen
tentiam vt hic dicit tulit Plin. loco præal. & quum de pace
Pyrri ageret. ✠ Et gratia potentum per legatum cineam 465
prætio quæreretur senex & cecus lectica in senatum latus
turpissimas cōditiones magnifica oratione discussit, quæ
apud Plut. in vita Pyrri epirotarum regis legit. Optabat
& surdus quoque esse nedum Cecus ne id flagitij audiret
* ꝙ de recipiendo in vrbem Pyrro parabatur. Inuenit 466
iste Ap. cecus. R. literam vt ꝓ fusijs & valesijs furij & vale
rij essent. inuenisse tamen intelligas vt hic per Accur. ꝗuis
Quin. qui de hac litera tractauit non senciat cum Pomp.
& Plin. c. 56. lib. 7. testetur hanc literam. R. cum alijs multis
numero quindecim in greciam attulisse e phenice Cad
mum. Centimalum ergo de quo per Vale. de iudicijs
priuatis & Cicer. offic. iij. alius est a nostro Clau. & longe
posterior * quam fuerit temporibus. M. portij Catonis 467
Censorij. Immo Ci. Trum. non Claud. centimalum ap
pellat. ✠ q ab auguribus iussus altitudinē domus sue ꝗ in 468
Celio habebat submittere quia eis ex arce auguriū capiē
tibus officiebat vēdidit eam Calphurnio nec indicauit ꝙ
ab collegio augurum imperatum erat a quibus Calphur
nius demoliri domū coactus. M. portiū catonem arbitrū
cum Claudio adduxit vt formulam daret quicquid sibi
dari oporteret ex bona fide. Cato vt fuit edoctus de in
dustria claudiū edictū sacerdotū suppressisse illū continuo
Calphurnio damnauit summa quidem cū equitate. quia
bonefidei venditorem nec cōmodorum spem augere. nec
incommodorum cognitionē obscurare oportet. Vltimo
Albe colligit ex hoc tex. ✠ arg. quod ex quo in vna pa
rentella

rantella sunt sapientes successores eorum assimilanť eis ad
quod est tex.no.in l.ij.in.§.quæ omnia.C.de vet.iur.enu.
hinc Cice.officio primo quorum inquit parentes aut ma-
iores aliqua gloria præstiterunt eorum pleriq; in hoc ge-
nere laudis student excellere vt. Q. mutius.p filius in iure
ciuili faciunt quæ in fi.commenti istius.l.dicentur.

Ex versi.fuit post eos.

De multis iurisconsultis per totum.
Quis primum se philosophum nuncupauerit.nu.471.
Iurisconsultus in loco medio & commodo debet residere numero.474.
De legatis Roma.ad carthaginenses ibidem.
Tessera quod signum esset nume 481.
Magna felicitas si a parente claro filius non degeneret. numero.484.
De familia Eliorum.nume.488.
De familia Cathonum.nu.489.cum seq.

Sequitur interpretatio in versi.fuit post eos.

470 Nota post prædictos prudentes fuisse * sempronium
quæ pop.Roma.sophin appellauit sic etiã apud Pompo.
letum in c.de iurisperitis legiť.aliqui habẽt catum.i. cautũ
et sapiẽtem pleriq; cata.alij sophũ.i.sapiẽtem sic legi apud
Liui.lib.iiij.de bello macedon. & Valerium de seueritate.
Budeus tamen & Zasi.sophon legendum putant in idem
tamen recidit. Et vt Laertius lib.j. ait qui nunc philosophi
nuncupantur antea sophi.i. sapientes appellabanť primũ
471 vero pytagoras se philosophum appellauit * nullum ho-
minum sed solum deum esse sapientẽ credidit. Hinc Plin.
in epistolis actores causarũ inquit, sportularum mercede
laudatores sibi redimebant qui orantibus succlamarẽt so-
phos idest scitus vel scite ex quo iudice Budeo sophoclei
dicti sunt græco vocabulo illi. & latine Laudiceni hoc est
cena pacta laudari sese iubentes hinc illud Martialis grãde
sophos idest magna voce acclamatum. Ante hunc Sem-
pronium nemo vt subiicit tex. hoc nomine cognomina-
tus est greco nomine sophon intellige ne sit contra quod
infra dicit de pub attilio qui primus a popu.Roma. diciť
sapiens appellatus latino.s.nomine secundum Accursi. &
sic clara est huiusce contrarietatis dissolutio q̃uis Zasi. in
loco illo nodum sibi inexplicabilem videri asserat.nisi di-
camus Sempronium ab eminentia variarum disciplinarũ
sophon.eo fine appellatum quo septem sapientes sophi di
cebantur Attilium aũt sapientie ciuilis titulum inter alias
doctrinas præcipue meruisse. Et hanc inuenio fuisse Ci-
ceronis sententiam in lib. de amicitia dum ait Attilius ap-
pellabatur sapiens quia prudens esse in iure ciuili putabať
472 & pariter. M. Cato. sed alio quodammodo * idest quia
multarum rerum vsum habebat ideo Liui. libr. 39. scribit
quoldam romanorũ scientia iuris catonem vero versatill
ingenio ad summa prouectum vt tamen dictũ est solutio
Accur.ad tex. nostrum satis iuste ,pcedit & quadrat. Se-
cundo not. fuisse deinde Caium Scipionem nasicam qui
473 optimus a senatu iudicatus est Zas.pub.legendũ ait ✠ quũ
teste Liui.Plin.& alijs prænomine pub.nominatus est sed
Letus pompo.sub prænomine C.legit filius fuit Gn. Sci-
pionis qui in Hispania tempore secũdi belli punici cecidit
teste Liuio in.ij.de secundo bello punico vbi late hãc am-
plectitur historiam cur senatus illum optimũ iudicauerit.
Et vt de viris illustribus Pli. scribit eloquentia fuit primus
iuris scientia consultissimus ingenio sapientissimus. vnde
vulgo corculum dictus. Infortunij tñ expers non fuit in
summa in patria ei mori nõ licuit Pli.c.24.li.7.et Vale.li.8.
vbi refert eum sub spẽ legationis apud pergamum exu-
lasse. Huic nasicæ vt dicit Pompon data fuit publice do-
474 mus in sacra via quo facilius consuli posset * ingens olim
erat honor si cui publice domus daretur quem tamen ho
norem paucissimi sunt assecuti Valerio domus publice
edificata fuisse traditur. Sic et Ciceroni & claudio necdum
imperatori domus ammisse publicis impensis sunt restitu
te.auctores secundum Zasi. Suet. & Asconius. Colligit
Bal hic * arg. pro doctoribus quibus a communi datur 475
domus.de quo pulchra quædã scribit Barb.in proœ. cle.
in.ij.lectura nume.48. Tu dicas esse hic aliud arg. ,p doc.
* vt non in remotis sed in loco celebri habitet. quo faci-
lius consuli possit hinc Cicero in.j.de orato. est sine dubio 476
inquit domus iurisconsulti totius oraculum ciuitatis testis
est huiusce. Q. Mutij ianua & vestibulum qđ in eius in-
firmissima valitudine. affectaq; iã etate maxima quotidie
frequentia ciuium ac summorum hominum splendore ce
lebratur ✠ gloriatur idem Cic.in quadam oratione omni 477
bus patuisse domum suam , ✠ qui tamen ingenio valent 478
etiam si in remotissimis degant quæruntur. vnde est in ,p-
uerbio vẽdibili vino non opus est hedera. Per hanc sacrã
viam de qua hic sermo est augures in arcem ,pfecti inau-
gurabãt sacra romanorum. in capitolium p eam vehehan
tur sed & triumphales in capitolium hac vecti ideo sacra
dicta ſm Varronem festus ideo sacram dici autumat q
in ea fedus initum sit inter romulum & tacitũ sabinorum
regem. Et quia de scipionibus est habita mentio vt non
ignores cõstat eam familiam ſm Zasium a Scipione i.ba
culo * teste macrobio nominatam.scribit enim qđ Cor- 480
nelius patrem luminibus carentem ,p baculo gerebat. insi
gnis filij in patrẽ pietas. Tertio no.fuisse inde.Q. Mutium
qui ad carthaginenses legatus duabus tesseris positis vna
pacis altera belli arbitrio sibi dato vtram vellet romam re
ferre. vtranq; sustulit dicens carthaginenses eligere debere
vtram mallẽt accipere.legẽdum tamẽ est nõ. Q. Mutium
sed.Q.Fabium.hic enim ad carthaginenses legatus fuit vt
per Liuium in primo iij.decadis. Gel.c.27. lib.12.florum
in epit.c.de bello punico in quibus locis discrepãt historici
a Pomp.hic. Gel.ait ✠ par fuit quondã vigor & agritu-
do amplitudoq; popu.Rom. & peni nec immerito existi
mãtium nam cũ alijs quidem populis vniuscuiusq; reipu.
cum penis aũt de omnium terrarum imperio decertatum
est, cuius rei specimen est in illo vtriusq; pop. verbo factũ
quum.Q. Fabius imperator dedit ad carthaginenses epi-
stolam vbi scriptum fuit popu Rom.misisse ad eos vt ha
stam & caduceũ signa duo belli aut pacis ex quibus vtrũ
vellent eligerent.q elegissent id vnum vt esset missum exi
stimarent carthaginenses responderũt neutrum se eligere
sed posse qui attulissent vtrũ mallent relinquere qđ reli-
quissent id sibi pro lecto futurũ. At. M.varro non hastam
nec caduceum missa dicit. sed duas tesserulas in quarũ alte
ra simulacra haste fuerũt incisa. Florus vero sic ait. huius
tante cladis auctor Annibal poscitur tergiuersantibus pe-
nis dux (quę inquit mora est) Fabius in hoc ego sinu bellũ
affero & pacem vtrum eligitis. vtrũ placet summite quũ
que esset succlamatum vtrũ vellet daret. bellum igiť accipi
te. Et excusso in media curia toge gremio no sine horrore
quasi plane sinu bellũ ferret effudit. Ex quibus clara pa-
tet cognitio historie q̃ hic tetigit iurisconsultus & si parũ
inter se ſm Zasium cõueniat historicis. Forte etiam qđ
cum. Q. Fabio Imperatore missus fuit ad carthaginenses.
Q.Mutius iurisconsultus qđ & verisimile est missum fuisse
aliquem iurisconsultum prout ad teucam illiricorum Re-
ginam missum Tyb. Cor. supra vidimus hi legati vt ait
Silius italicus tristia magnanimi portabãt iusta senatus.
Tessera hic ,p signo belli * & pro signo pacis poniť vt ex 481
tex. clare significatur q̃uis proprie sit signum bellicum &
ſm Vegetium lib.2.c 7.præceptum ducis quo vel ad ali-
quot opus vel bellum mouebať exercitus. hinc maro it
bello tessera signum. Deniq; tesseram frumẽtariam dici-
mus quam qui in vrbe ostendebat frumentum ,p portio
ne & numero signato accipiebat de qua in.l.mortuo bo-
ue in.§.j ff. de leg.ij. Et in.l.sed & si susceperit.§.j. infra de

fudi licet secũdum Zasi. Accur. non intellexerit qđ etiam
explicat Budeus in d.l. sed & si susceperit hinc Iuue. sum-
mula ne pereat qua vilis tessera venit frumenti. Et quem-
admodum scribit Pedianus.lib.2 de pretura vrbana.ma-
gistratibus licebat in vsus suos frumentũ accipere. an vel-
lent pro frumẽto precium.quæ extimatio dicebat. Albe.
482 de ro.hic admirat * huius legati prudentiã & magnã cir-
cunspectionem pulchrũ aliud exemplũ lego apud Cicer.
in.ix.philip.C.inq Popilius apud maiores nostros. quũ
ad Antiochum regem legatus missus esset & verbis sena-
tus nũciasset vt ab Alexãdria discederet q obsidebat quũ
tẽpus ille terreret vrgula stãtem circũscripsit. dixitq; se nõ
antea annunciaturũ senatui nisi prius sibi respondisset, qđ
facturus esset q ex illa circũscriptione excederet præclarã
enim senatus faciẽ secum attulerat auctoritatemq; popul.
483 Roma. Quarto not fuisse post prędictos Tyb.Cor. * de
quo supra visum est. Et nullũ reliquisse scriptũ Socratem
teste Zasio imitatũ qui quum moralia percepta traderet,
scolamq; morali philosophie aperuisset nihil post se scripti
reliquisse tradit immo infiniti fuere eminentissimi philoso
phi qui scripta nõ relinquerunt. vt Laertius in vitis philo.
tradit. Deinde subiungit text. fuere Sex cecilius & frater
eius. P. Elius ac filius & Pub. Attilius qui maximã scientiã
in profitẽdo habuerũt. non Sex. Cecilius sed sex. Elius le-
git Zasi. & recte vt inferiora demõstrant quũ de duobus
tantum elijs hic text. loquatur ac propter id qđ text dicit
& frater eius. P. Elius Bald. hic ait nota ꝓ nobis. subiunxit
Ang. qui sufflante diuina ꝓuidentia sumus tres fratres do
ctores Bald. Pe & Ang. iuris vtriusq; ꝓfessores arg. tamẽ
male colligit quum de duobus tantum elijs hic loquatur
non de tribus. Et duo elij vt in tex. dicitur fuerũt consules
pater.s. & filius sm Zasi. ego fratres intelligo, magnã esse
484 felicitatem ✠ arbitrat Zasi. si a patre claro filius nõ dege-
neret. suauia enim studia vt inquit Philostratus in sophistis
illa sunt quæ a parentibus & maioribus insunt, meliores
485 quoq; artes quæ hereditario iure comparant. ✠ Quãuis
eo plerunq; infortunio pręmantur iuri splẽdidi vt sui simi
les filios non relinquãt. hoc n. Ciceroni hoc. Q Hortẽsio.
hoc Herodoto atheniensi euenisse compertum est. Epami
nundas Dux Thebanus vxorem noluit ducere ne sui dissi
milem filiũ haberet. Pellopide exemplo deterritus qui vir
486 clarus infamem filiũ genuit * Socrates tamen in tertio de
legibus apud Platonem eam labem indulgentie matrum
acceptam refert. At Heliogabalus colluuies imperij filios
487 se nolle dicebat * ne quis ei frugi cõtingeret. Errore tñ la
bitur Zasi. cum Bal. & Ang in intelligẽtia litere quæ non
loquit de elijs patre.s. & filio sed de duobus elijs fratribus
vt dixi ideo dum in tex. est ac filius menda est hocq; etiã
& Pompo. leto in.c de iurisperitis licet cognoscere q filiũ
omisit de alijs mẽtionem faciẽs Sex. elius qui multa com
posuit quæ nõ extant laudat ab Enio in illo carmine egre
gie cordatus homo Catus Elius Sextus. Hunc etiã iuris
ciuilis peritissimum & ad dicendum paratũ fuisse testatur
Cic. in lib. de cla. orat de quo etiam Val. max in.c. de pau
pertate. Sex. elius tubeo iuriscon. nobis & pauper admo-
dum filiam Pauli emilij principis tunc ciuitatis duxit. fi-
liumq; suscepit ex eo. Q. Elium tuberonem. quem elium
488 catum * quum etholorum legati prãdentem in fictilibus
vidissent missa ab eis vasa nõ recepisse. neq; aliud habuisse
argenti. vsque ad supremũ diem. q duo pocula quę socer
eius l. paulus ob virtutẽ deuicto Rege Perseo donasset au-
ctor est Plin. c. xj. lib. 33. Fuit hæc eliorum familia Rome
adeo pauperrima licet magne auctoritatis vt septẽ & decẽ
elij vno tempore eandem domum habitauerint. vnũ tan-
tum habẽtes agrum veientanum & locũ spectãdi in circo
auctor Vale praxille. & Pluta. in emilio. De hac eliorum
familia quædam etiam dicẽtur infra in versi. fuit eo tẽpore
489 Trebatius. * Ennium autem poetam Ennij laudatorem
Zasio teste Cato quũ sardiniam obtinuisset Romam du-
xerat qđ Emilius non minoris q quemlibet amplissimũ
triumphum extimauit. & quem Quintilianus pari vene-
ratione colẽdum statuit qua sacros vetustate lucos in qui-
bus grandia & antiqua robora non tantam habẽt speciẽ
quantam religionem. Quibus temporibus natus sit &
Rome floruerit reperies apud Gel ad fi. xvij. libri. Extat
dicit Pompo. illius elij liber qui dicitur tripartita extabat
forte tempore Pomponij hodie non extat. In hac tripar-
tita primo. l. xij. tab text. proponebatur deinde eius inter-
pretatio et post actio legis idest quomodo lege agi posset
ne formulis neglectis a causa caderetur & quid sit l. agere
seu legis actio declarat Budeus super. l. iiij infra de adopt.
Pub. atilij meminimus in primo notabili. Quinto not.
q prædictos sectantis in aliquibus est Cato deinde M Ca-
to princeps portie familie locum istum in curia librariorũ
& temporum veretur Zas. deprauatum nam ante eũ Ca-
tonem qui portie familie princeps fuit, nullus alius Cato
precessisse legitur nisi pro eodem ait legas qđ. s. Cato hos
sit sectatus Deinde. M Cato. i. qui deinde. M. Cato nomi-
natus & portie familie princeps hoc est primus fuit. Pom-
ponius letus in.c. de iurisperitis. Magis correcte locum hũc
refert truncatis superfluis, dicens deinde Cato portie fami
lie princeps tusculano genitus cuius libri extant. Is senior
Cato primus inter catones fuit qui portius cognomina-
tus familie sire cognomen reliquit. * Ortus municipio tu- 490
sculano hortatu l. valerij Romam migrauit de quo plura.
Emilius probus & alij historici. Fuit optimus orator op
timus imperator & optimus senator teste Plin. c. 27. lib. 7.
floruit Rome anno vrbis condite cccccxxxiiij. testis Gel.
ad fin. xvij. libri. Cuius. s. catonis libri extant de hoc est
etiam testis Cice. lib. ij de oratore hodie tamen non extãt,
sed plurimi scilicet libri subiungit tex. eius filij scilicet cato-
nis qui egregios de iuris ciuilis disciplina descriptos libros
reliquit vt est apud Gel c. 18. lib. 13. ex quibus libris ceteri
oriunt, idest quæ ab alijs iurisconsultis scripta sunt ortum
& radicem ex dictis libris habuere. Et docet ibi Gel. hũc
fuisse filium maiorem præfari. M. Catonis censorij princi-
pis familie portie. alter eius filius solonitanus cognomina-
tus est. cuius nepos fuisse scribit. M. Cato stoicus qui vtice
se interfecit vt ibi per Gel. ✠ Ergo si quid iuris ciuilis a Ca- 491
tonibus extiterit non a. M. Catone vticensi cui vt stoico
philosopho nihil commune cum iure ciuili fuit. sed a ma-
iore filio. M. Catonis censorij prodiit. Proinde secundum
Zasi. §. Cato ille famigeratus * non vticensis vt inepte ibi 492
bologninus voluit sed censorij fuit. De genere & nomini
bus catonum ac port. familie vltra Gel. plura scribit Plut.
in catone cens. & in catone vticensi.

Ex versi. post eos.

Sequitur versi. post hos. l. ij. ff de orig iur.

Legamus vsq; ad versi. mutij auditores. Et no primum
post suprascriptos fuisse. P Mutium. i. brutum & P. Mani-
lium q fundauerũt ius ciuile. Pub. Mutius augu. & põtifex
maxi pater fuit. Q Mutij etiã pontificis maximi * vt in fi. 493
istius versi. dr vterq; iuriscõsultus apprime doctus & Ci-
ceronis præceptor vt constat ex ipso Cice. in. j. officiorũ. in
lib. de amicitia & de cla. orat. l. brutum optimũ virũ & iu
risperitissimum satis fuisse cõstat. quo mortuo quum esses
tanto nomine generi suo magnũ vulnus illatum est. testis
idem Cic. de cla. ora. q in ij. de oratore ait Brutum præto-
rium

rium.& M.Catonē censoriū uolumina de iure Ciuili scri
psisse.& non gñatim posuisse leges.sed veluti interrogati
a priuatis.respōderūt expressis ciuiū nominibus quos de
fendebāt Sicuti in satiris Luciliū fecisse videmus qui in re
494 phēdēdis vitijs ciues noīatim taxauit * De Manilio aūt
apud Pli.c.ij.libri.x.ita scribit.Primus atq; diligentissimus
togatorū Manilius senator ille max. nobilis doctrinis do
ctore nullo auctor est neminem extitisse qui fenicē vide-
rit vescentem. Subiungit text illi duo consulares fuerūt
Brutus s & Manilius secundū Zas quod est contra text:
subijcientem Brutus prætorius in superioribus ergo nō
de Bruto sed de Mutio & Manilio intellexit. Reitamen
latine elegantia nō patitur vt tribus prædictis annumera
tis & Manilij vltimo loco mētione habita verba illa sub-
annexa illi duo cōsulares fuerunt referantur partim ad eū
Maniliū de quo proxime dixerat.Immo vis illius relatiui
& vt ad remotiores referat. Quare dubito ne tex. sit de
prauatus & Pompo letus in.c de iurisperitis aliter hunc
locum refert.Ex his inquit Mutius consularis fuit. Brutus
prætorius.Manilius consularis & pōtifex maximus. Po
test ergo recte locus hic legi expuncto verbo illi.Et dicun
tur consulares qui fuere quandoq; consules aut secundū
Zas.de ordine eorū ex quibus cōsules eligerentur. Et idē
de prætorio qui prætor fuit uel ex ordine eorū &c. Se-
cundo not.a superiorum doctorū disciplina sequētes pro
fectos fuisse siue post prædictos fuisse sequētes & primo
Pub.rutiliū ruffum qui Rome consul fuit & Asie pcon
495 sul ✠ Huius Rutilij adolescētiam ad opinionē & innocen
tie & iuris scientie pub. Mutij cōmendauit domus ab eo-
dē Rutilio frequentata.testis Cic.officiorū.ij. Multa præ-
terea opera multaque industria hic Rutilius fuit quæ erat
propterea grauior q idem magnū munus de iure respon
dendi sustinebat.sunt eius orationes ieiune multa præcla-
ra de iure doctus vir & gręcis literis eruditus Panetij au-
ditor ppe profectus in stoicis ut per Cice.de cla orat. vbi
de eo plura sic etiā Seneca in. 4 lib.epist.o dānationē iniu
sic tulit Rutilius tanq; nihil aliud illi molestū esset q q ma
le iudicaret. Exiliū metellus fortiter tulit Rutilius etiā libē-
ter alter ut reduceretur Reipub.præstitit alter editū suum
496 Sylle negauit, * De quo etiam Vale.sic eleganter scribit,
verba prius an facta existimē nescio nā vtrique eque ad-
mirabile robur inest quum amici cuiusdam rogationi re
sisteret atque is per summam indignationem dixisset qd
ergo mihi opus est amicitia tua si quæ rogo non facis,re
spondit imo quid mihi tua si propter te aliquid inhone-
ste facturus sum. Fuere deide Pau.virginius &. Q tube
ro stoicus qui cōsul fuit hic scictia iuris ciuilis maioribus
suis non defuit.doctrina etiā illos superauit.disciplinas.n.
stoicas pcalluerat vt est apud Gel.c.22.libri.j.& stoicus p
497 emphasim noīabatur * quia & stoicas percallebat discipli
nas eāque sectā exactissime obseruabat ut late descripsit
Cic in oratione pro Murena filius fuit.Sex elij de quo in
præcedenti versic. Et auditor non panse vt hic corrupte
scribit sed panetij secundum Zas quia pansa vt ipse ait lō
go annorū intervallo fuit post hunc.Q. tuberonem quo
tempore Rutilius panetiū audiuit etiā noster tubero stoi-
ce disciplineoperam dedit.vt verisimile sit vtrosque eo-
dem præceptoreusos nā & auunculus Scipio aphr.pane
tio operā dedisse legitur.Letus tamen Pomp. cum panse
auditorū ut hic iurisconsultus scribit. Subdit text. Sex.
pomp Gn.patricius sed nihil nisi portentum secundum
Zasiū ex his uerbis elicias ipse Ciceronis auctoritate Fre-
tus in li.de cla.ora.sic legit Sex.pōpo.Gn.pompe. frater.
Marcus drusus patricius ut sic tribus repositis uerbis can-
dor & claritas adsit tex Sex.pom.Gn pomp.fratrē fuisse
Cicero scribit quē eū pręstantissimo claruisse ingenio. &
scientia iuris ciuilis ornatissimum fuisse docet.M.aūt drusi
pariter in eo libro fit mentio. Sed absque repositiōe tot
uerborum litera bene stabit si loco verbi patricius legas
patruus ita legit Pompo letus.de quo Sex. Pompo.Gn.
pomp.patruo nō semel apud Ouidiū est mentio laudes
vero Pompe late psequitur Cicero orōne prima & pli.
capitu.xxvj.lib.vij. Fuit eodem tempore celius antipa-
ter ✠ qui historias dicit tex.conscripsit præcipue de secun 498
do bello punico intellige ut per Cice ad si libet de perfe-
cto oratore.De quo antipatro Cicero de cla.orato.ingēs
inquit iuris ciuilis intelligentia atque omni prudentie ge-
nere pręstitit l.Celius antipater scriptor quemadmodum
uidetis fuit ut tēporibus illis luculētus.iuris ualde peritus.
multorum etiam ut.l.crassi magister apud Pli.ca 69 lib.
ij.dicebat hic antipater uidisse se qui nauigassent ex hispa
nia in ethiopiam commertij gratia.plus eloquentie dicit
hic pompon.quam iuris scientie operam dedit sic Rolan
dus pedis vace & quidam amicus noster dicit hic Accur-
sius similis hodie teste Zasio.multos inuenias * Quid n. 499
eloquentia laudabilius & præstantius uel admiratione au
dientium uel spe indigentium uel eorum qui defensi sunt
gratia cui a maioribus nostris est in tota dignitate princi-
patus datus,testis sed suspectus * Cicero officio ij.ubi elo 500
quentiam iuris scientie anteponit & pluribus rationibus
eius propositum firmare conatur faciunt pulchre scriptæ
per Vale in.c.ix.lib.viij. vbi quanta sit eloquentie uis do
cet. Sed Alber.hic iuris scientiam auro loquentiam ar-
gento comparari dicit text allegat in.c. legimus. xxxvij.
distin quāuis enim iuris ciuilis scientiam apprime deceat
eloquentia ornatricem tamen uolo non dominā ut sub-
seruiat non ut præcurrat.nō enim fundi sed iudicādi præ
cepta uersamus lingua enim ut Vadianus pro Bar ele-
ganter dicit Zas.subscribente solis latinis iuris prudentia
omnibus prodesse poterit. Fuit eodem tempore subdit
Pomp l.crassus frater pub.Mutij qui mutianus dictus est
✠ hunc Cice dicit iurisconsultorū disertissimum . Audet 501
Budeus dicere Pomp hoc loco hallucinatum quū Cice.
non pub.Mutium sed.Q Mutiū consultorū disertissimū
dicat.Nam in Bruto de Crasso & Q Mutio loquens ait.
Noli brute existimare his duobus q̄equam fuisse in no
stra ciuitate præstantius nā quum constet ut ante dixi cō-
sultorum alterū disertissimum disertorum alterū consul-
tissimū fuisse sic in reliquis rebus dissimiles erant inter sese
statuere ut tamen non possis utrius te malles similiorem.
Zas.hic tacita Budei oppōne hunc ait intellige P.Mutiū
Cice.enim in lib.de cla.orat.quum Crassum Antonio il-
li magno oratori comparasset postea de eodem &.Q sce
uola loquens ipsum crassum eloquentium iurisperitissi-
mum sceuolā.vero iurisperitorum eloquentissimum no-
minat quod hic iuriscōsultus recensuit.Sed ex hoc Budei
oppositio non dissoluitur. Vnde dici potest q licet Cic.
de.Q Mutio ibi illud dicat. potuit tamen & alibi idem
de.P.Mutio dixisse quū scriptorum eius non parua pars
sit deperdita. Et q.P Mutius esset eloquentissimus repe
ries apud Gell.capitu.decimotertio libri primi dum ait.P.
Crassus Mutianus clarus & inclitus uir a Sempronio a
sellīōe & plerisque alijs historie Romane scriptoribus tra
ditur quinque habuisse rerum bonarum maxima & præ
cipua quod esset ditissimus.q nobilissimus. q eloquentis
simus.q iurisconsultissimus.q pontifex.maxi.
De l Crasso.* leges plura apud Cice.de cla.ora.& offi. 502
ij discipulus fuit Celij antipatri ut supra dictum est. Vl-
timo subijcit text. post prædictos fuisse * . Q. Mutium 503
pub.filium pontificem maxi qui primus ius ciuile gene-
ratim constituit hunc ut proxime retulimus cōsultorum
disertissimū cicero nominat. Et in.j.offi ait. quorū patres
aut maiores aliqua gloria præstiterunt. eorū plerique in
hoc gñe laudis student excellere ut.Q.Mutius pub.filius
in iure ciuili.Appianus libro j.eum in senatu interfectum
cū domicio amborūq; corpora edicto Marij fluuius im-
mersa scriptum teste Zasio reliquit. * Præceptor fuit Ci-
ceronis ut ipse in libro de amicitia testatur . Mortuo in- 504
quit .Q. Mutio sceuola augure me ad pontificem sce-
uolam contuli quem unū nostre etatis & ingenio et indu

stria audeo præstantissimum dicere. Quinimmo eum cla rissimum legū & uatem certissimum. Valerius lib. viij. di cit. Et dicitur primus generatim ius ciuile constituisse. i. particulatim et distincte secundum genera singulorū pri
505 mus tradidit* & meliori ordine q̄ alij cōtexuit. Ita locū istum declarat Seue in repe. l. admonendi. col. 84. in prin. infra de iureiur. facit Mātuani dictum. Quare agite o pro prios generatim dicite cultus. agricole qui enim ante eū scripsissent non generales doctrinas contractauere, sed prout quisque ad casum propositum responderat talia re spon in libros recolligebāt. Sceuole autem cognomen te ste Pli. de viris illustribus capite decimotertio. hi mutij ac
506 cepere * ab illo. C. mutio adolescente qui purpuratū pro rege Porsena deceptus occidit. cui postea sceuole a clade dextre manus cognomentum inditum est vt ex Liu. in ij. ab vr. condi. colligitur. Sequitur versi. mutij auditores.

Ex vers. Mutij auditores.

Hic videbis pariter multorum Iurisconsultorum ex pri scis factam commemorationem.
Præceptorum memoria per discipulos conseruatur. nu mero. 511.
De Seruio Sulpitio pulchra nu. 512. cum sequen.
De diffi. & profunditate legalis scientiæ. nu. 514.
Inuectiua contra Vallam & alios quosdā de legali scien tia obloquentes. nu. 515.
Doctori lapso an detur in integ. rest. nu. 519.
Reprehensio sæpe vtilis. nu 521.

Sequitur interpretatio in ver. Mutij audito.

Hic vers. corrupte & deprauate legitur illū candori pri stino restituemus. No. mutij fuisse complures et egregios
507 auditores, inter quos maxime apud pop. roma. ✠ aucto ritatis fuit Aquilius gallus. idē testatur Valer de priuat. iudicijs eū dicens fuisse maxime auctoritatis. & scientia iu ris ciuilis excellentem. huius rei fortissimum est argu. fami
508 gerata illa. l. gallus. ff de lib. & po. ✠ collega fuit & familia ris Cice. vt ex eo colligitur in Bruto in. iij orat. & de cla. ora. & in oratione pro. L. flacco. vbi Cic. orante ipse iudex præsedit vt meminit quoq; Gell. c. 28. lib. xv præceptor etiam Ser. sulpitij ut statim videbis domum habuit pul cherrimā omnium consensu Rome in colle quirinali te stis Pli lib. 17. ca. j. apud eum scapula cū cenaret repente animam efflauit auctor. Pli lib. vij. multa in laudem Galli aquil. scribit Cic. d. lib. de orat. & Salomonius super. d. l.
509 gallus. col. 7. Ex eisdem auditoribus subdit tex. fuisse * Lu cillum balbum Sex. papirium &c. i. iubētium. Lu balbus præceptor fuit Ser. sulp. it ut infra dicetur de eo sæpe est mentio apud Cic. de cla ora qui doctum & eruditum eū uocat in quo in utraque re considerata fuerit tarditas. sex. Papirius fuit ex descendentibus illius Sex. papirij qui fuit illis temporibus quibus superbus demarati corinthij ne pos ut in princi l nostre traditur. De. C. iubentio dictū fuit in princi. l. Zas. legit nō Sex. papir. sed. L. quia illud
510 prænomen. L. fuit papirijs peculiare * ut ex Cic in epistol. lib. ix. discitur. ubi ad Papir. petum scribens originem pa piriorū sublimat. Et pariter Iuuentium non Iubentium legit Cic. de cla. ora. Titum Iuuentium in forensi causarū genere multa ualuisse scribit lentum quidem illum in di cendo & pene frigidum sed & callidum in capiendo ad uersario uersutum & doctum ac magna cum iuris ciuilis intelligentia. Sed Pompo let in. c. de iurisperitis nō aliter q̄ Pompo. hic legit fuitq; papiriorum prænomen. etiam sex ut probat principium istius nostre. l dum facit mētio nem de sex. Papir. qui etiam dicebatur. P. papir. ut patet ex prin. istius. ij. partis ideo Pompo. let. dicit sex. p. papi.

Verū. n. vero omitiit hic pompo. allum. Q. mutij disci pulum nequaq̄ tacendum Ciceronem uidelicet qui pari ter ex. Q. mutij discipulis fuit ut in præcedenti u ersic. di ctum est. Secundo not. prædictorum iurisconsultorum scripta talia non extare ut ualde appetantur uerum, p scri ptura Seru. sulpitij qui libros suos compleuit eorum me moria habetur. Sicque preceptorum memoria per disci pulos conseruatur. quemadmodum per Cic in orat. mul torum præceptorum suorum habetur memoria * quos 511
omnes fama recondidisset. & uetustas obliterasset nisi di scipuli gratissimi monumenta illorum nomina perire nō sineren. Tertio not. Seru. sulpiti in causis orādis primū locum aut certe idest saltem post M. Tul. obtinentem ad consulendū. Q. mutium de re amici sui peruenisse quūq; eum sibi respondentem de iure ser. parum intellexisset. ite rum Mutium interrogasse & a mutio responsum esse nec tamen percepisse. & ita a. Q. mutio obiurgatum esse eo q̄ turpe esset nobili & patritio uiro ac causas oranti ignora re ius in quo uersaretur. qua uelut contumelia Ser. tactus iuri operam dedit instructus a Luc. Balbo. & Gallo aqui lio qui fuit Cercine inde quum in legatione perisset pop. roma. ei pro rostris statuam posuit cuius uolumina com plura extant. Ex prædictis restituo locum hunc in mul tis locis. Primum ibi pro certo nam aut certe idest saltem teste Budeo legendum est. quamuis Pompon. lec. omissis illis uerbis dicat Ser. in causis orādis primum locum post M. Cicero. obtinuisse. Et pariter corrige ibi quumque eū sibi respondisse ut secundum Budeum & Zasi. dicat re spondentem alioquin & orationis structus male coiret. & absonaret elegantia posset etiam legi respondisset sed expuncto uerbo eum. Restituimus etiam tex. ibi instru ctus ab Albo Luc. instructus autem maxime ab Luc. Bal bo. & Gallo Aquilio qui fuit Cercine alias nullus bonus sensus. absonaretque maxime elegantia. Item corrige ibi statuam eius dicat ei. Et ibi Augusti dicat huius scili cet. Seru sulpitij. Zasius tamen dicit legendum, p rostris augusti alias quid nomen Augusti faceret credibile est inquit rostra Rome successu temporis cognomen accepis se Augusti locum hunc elegantius & sine labe explicat Pomponius letus dum ait. Mutij auditores fuerant com plures. sed præcipue auctoritatis gallus aquilius Luc. Bal bus. & sex papir. de hinc Seru. Sulpiti qui causis orandis post. M. Tul primū obtinuit locum reprehensus a. Q. Mutio. quod ius non intelligeret, iuri operam dedit sub Luc. Balbo & Gallo Aquil. Seruius quum in lega tione perisset populus Romanus statuam ei pro rostris erexit quæ hodie extat in foro Augusti, reliquit. dxxx. libros de iure ciuili. Fuit hic Sulpitius uir bene literatus
* etatisque sue doctissimus testis Gell. capitulo decimo. 512
libri secundi. & capitu. duodecimo libr vj. De quo sic Cicero de clar orato. ait Sulpitius iurisconsultus non faci le dixerim quantum & ad dicendum & ad omnes bona rum artium disciplinas adhibuit cure nam & in eisdem exercitationibus ab ineunte etate fuit. Et postea una Ro dum ille etiam profectus est quo melior esset & doctior. & postquam rediit maluit id quod adeptus longe non eiusdem modo etatis sed eorum qui fuissent in iure ciuili esse princeps. Putabat hic Sulpitius etiam aduersarijs amicorum suorum de iure consulentibus respondere ne cessum, quod contra eum torquet Cicero in oratione quę pro. L. Murena inscribitur quem Sulpit. accusauit & Ci cero defendit. ibi tamen eum hominem sapientissimum & ornatissimum appellat. cui nobilitatem genusque suum extollenti. respon. Cicero tua nobilitas Seru. sulpiti. & si summa est, tamen hominibus literalis & hi storicis notior est. populo uero & suffragatoribus obscu rior. Pater enim fuit equestri ordine & loco. auus nulla illustri laude celebratus. Itaque non ex sermone homi num recenti sed ex annalium uetustate eruenda est me moria nobilitatis tuæ. Quare inquit Cicero, ego te sem

per in nostrũ numerum aggregare soleo ꝙ virtute indu-
striaq; perfecisti vt quũ equitis romani esses filius summa
amplitudine dignus putarere. Hũc Sulp nõ puduit de
re amici sui ad Q. mutiũ ꝓ cõsilio accedere vt hic dr̃ arg.
513 non * esse turpe doctorẽ de re aliqua iurisconsultũ consu-
lere facit tex. in l. domitius labeo. ff. de testa. sed non excu
sareẽ alteri doctori male cõsulẽti cedẽs. vt in l iuris igno-
rãtia. C. q admit. Alex. tradit cuius tñ opp ibi Dec. ꝓbat.
514 Ex eo. tex. dñ ait Ser sulp. parũ intellexisset * egregio in
quit Zas. euinci arg. iuris ciuilis sciam & esse profundam
& paucis ex fundamento cognita, si. n. is tantus vir q de
gloria eruditionis & fastigio eminentie cum Cic. certauit
Q. mutiũ semel & iterum rñdentem nõ intellexerant, qs
tante scie sublimitatem nisi doctissimus præditus præce-
515 ptoribus nisi multa etate, nisi iugi studio vere assequeẽ. *
Proinde eant inqt Zas locutulei quidã ex grãmaticorũ
vulgo qui manibus illotis in nostra penetralia prorũpen
tes quũ duo vel ad summum tria in vestibulo verba intel
lexerint mox suam imperitie censuram facere non erube
516 scunt grauiterq; In Vallã & alios plerosque inuehitur * et
latius ac eleganter in antinomijs suis. Audet homo inqt
temerarius ne dicam insanus sese iactare qui iuris ciuilis
scientiam docere eos quos tanquam primarios iuris inter
pretes veneramur. trienioque meliores q̃ Accursius glos-
sas super iure ciuili facere possit vide quo erũpat impro-
uida temeritas. legerat Ciceronem Valla vbi in oratione
pro Murena triduo se iuriscõsultũ futurũ si quis ei stoma-
chum moueret dicebat. Hunc tantũ virum doctrinarũ lu
men fraterculus iste gigantum in suam effingere personã
conatur pulchra me hercule & lepida cõparatio Cicero-
nis ad Laurentiũ vallam lucis ad tenebras. Cic. se iuriscon
sultũ triduo futurũ non iniuste pollicebaẽ q a iuuene Sce-
uolã audierat a cuius latere non discesserat q iuris pruden
tes omnes perlegerat in eis ita cõsueuerat vt sicut erat ora
torũ princeps ita iuris ciuilis scientia clarus haberetur. At
Laurentius valla in triuijs in cõpitis fortasse grammaticis
suffarcinatus rudimentis insignem iuris ciuilis sciẽtiã ne a
limine quidem vnquã salutauit. quo ergo pacto in subli-
mia iuris nostri scita vel modicũ scribere potuisse præsu-
metur. nisi forte ex suis triuialibus cõcertaciunculis nostrę
scientie abdita expenderit. Quarto nota turpe esse nobi
li & patritio viro ignorare ius in quo versatur. arrigãt hic
517 aures doctores & scolastici * facit. c cũ sit prædictis de cõ-
uer. coniu. & l domitius labeo. ff. de testa vtq; in libro de
perfecto oratore ait Cicero qd turpius q̃; legitimarũ con
trouersiarũ patrocinia suscipere. quũ sit legum et ciuilis iu
ris ignarus. & in oratione pro cluentio leges quibus adhi
bentur oratores & in quibus versantur nosci debere dicit
518 * olim Publius consa. qui se iurisconsultũ iactabat quum
tanq̃; testis interrogaretur. & nihil se scire diceret. Cicero
in eius imperitiam iocatus disce quæso ait forsan de iure
te interrogatum credis. Hinc vult Bald in ca. j §. iudices
de pace iuramento firma quem sequitur Aquen. in. l. j. co
lumna tertia infra de legibus incirando hanc literam. ꝙ iu
ris ignorantia in iurisperito ascribitur dolo. Sed verius est
oppositum quia solum late culpe ascribitur Alex. & Ias.
in. l. ij. infra ꝙ quisque iuris Bolog. in rep. auc. habita. col.
44. C. ne fi. pro patre. Dixit pariter per hunc Alberic. in
519 proce. supra ⁊ denegari doctori in integ. restit. de quo ibi
dictum fuit super verbis illis quis amplius q̃; vos cogno-
scit. dixit etiam Riminal. in. d. l. iuris ignorantia colum. ij.
ꝙ licet ille qui non potuit consulere peritos audiatur alle
gando iuris ignorantiam etiam in lucris capitandis ut ibi
secus tamen dicit esse in iurisperito per tex. nostrum. An
520 autem fallentias * apicesque iuris ignorare aut iura oscura
sit lata culpa ponit Iaso. in. l. quod te col. fina. infra si cert.
peta. & Felin. in procem. decret colum. ij. Quinto nota
521 ibi ea velut tactus contumelia * reprehensionem aliquan
do esse vtilem facit lex vnica. C. de emen. propin. & . cap.
nouit de iudi. Sulp. enim motus reprehensione. Q. mutij
sceuole. operã diligenter iuri dedit. qui & si tarde ad iura
ciuilia venerat cito tamẽ sese absoluens eminentie palmã
omnibus sustulit teste Zasio. quod & Bal. contigisse audi
uimus a præceptore nostro Pau. citadino viro doctissimo
ait. * Sed decipitur cum præceptore suo quũ cõstet Bal. 522
in etate satis tenera & iuuenili accessisse ad iura ciuilia &
sumpsisse gradũ. ut refert frater eius Ang. in. l. j in. §. initiũ
ff. de postul. Barb. in capitu. cum vicesimum colum. vij. de
offi. delega. & paulus de cast. in l si instituta infra de inof
ficioso testamen Scripsit postea Sulpitius librum * de 523
notis sceuole in multis corrigendo eũ qui prius ipsum re
prehẽderat de quo per Laurentiũ vallam in prologo. vj.
libri elegantiarum. Sexto no Sulpitium professum fuis
se sub Luc. balbo & Gallo aquil. qui fuit cercine. Hinc Ci
cer de cla. orat quũque Ser. sulpit discendi causa duobus
peritissimis operam dedisset. L Lucillio. Balbo. & . C. aqui
lio gallo galli hominis acuti & exercitati ⁊ promptam et 524
paratam in agendo & respondendo celeritatẽ subtilitate
diligentiaque superauit Balbi docti & eruditi hominis in
vtraque re consideratam tarditatem vicit * expediendis 525
conficiendisque rebus sic & habet quod vterque eorum
habuit & expleuit quod vtrique defuit. * Cercina est in 526
sula aphrice secundũ Zasium. tacito & Strabone testibus
de qua etiam mentionẽ facit Plinius. c. 31. lib quinti. Sed
sex nostro parũ quadrati ideo legit Zasius sic instructus
maxime a. C. aquil. quum fuit scitione scilicet Sulpitius nã
Cicero epistolarum decimo Seruiũ scitione habitasse quũ
preesset proconsul achaie scribit sed refragantur sequẽtia
ibi itaque complures libri eius extant cercine confecti &
loquitur de Gallo aquil non de Sulpitio. Et forte quod
ex loco illo romam petijt uel in loco illo aliqua ex causa
stetit quod propter antiquitatem nobis est incognitum.
& ob id forsitan Pompo. let. ubi locũ istum refert nec de
cercina nec de scitione meminit. Septimo no. Ser. sulpi.
in legatione decessisse * cui honestande virtutis gratia po 527
pu. rom. statuam posuit auctore Cicerone ut patet ex no
na philippica ubi legationem illam ad. M. Antoniũ fuisse
scribit. mortis causam narrans plurimaque in eius laudes
effundens. De multis alijs in legatione mortuis * quibus 528
populus romanus statuas erexit scribit Plin. capitu. vj li-
bro. 34. Octauo not. a ser. Sulpit plurimos ac perfectos
profluxisse discipulos decem enumerantur. sed corrupte
multum solet hic versic. legi Et primo dum dicit præfe-
cti dicat prouecti ⁊ idest in studijs eruditi viri beneq; au- 528
cti sm Zas. vel melius legas perfecti qui ab ipso Sulpitio d. ij.
descendere. Expungenda etiam sunt illa sequentia verba
fere tamen hi libros conscripserunt. superfluunt enim vt
sequentia ostendunt. ibi ex his decem octo libros conscri
pserunt. Et dicuntur hi profluxisse a Ser. sulpi. vel quia
eum audiuere, vel quia post eum emersisse dicas iudice
Zasio. sed non dubitatiue nec alternatiue loquendum
est quum text. statim dicat eos fuisse Sulpitij auditores.
Primus horum discipulorum fuit Alphenus varrus
qui plurimum habuit auctoritatis & consul fuit. * hunc 529
Sulpitij discipulum & rerum atticarum non incuriosum
appellat Gell. capitulo quin. libri. vj. Au offilius secun-
dus in equestri ordine perseuerauit * & familiarissimus 530
ut dicit text. fuit Cesaris dilexit enim Cesar doctos & li-
teratos homines unde in bello illo ciuili Catonem & Ci-
ceronem licet inimicissimos semper seruari iussit testis la-
ctantius. Plurimos de iure ciuili hic. Offilius reliquit
libros * scripsit dicit text. primus de legibus vice- 531
sime partis intellige hæreditatis dande fisco vt glos-
sa exponit de quibus in Marco antonio apud Spar. scri-
bitur. & Alciatum libro tertio dispun capitu. sexto ele-
ganter declarantem cur lata, & cur ac per quos subla-
ta lex vicesime. Variarunt sæpe he exanctiuncule ut iam
uicesima iam decima aliquando quadragesima uel cen-
tesima statueretur secundũ Zasium de quibus Appianus
libro primo Cornelius tacitus secundo & decimotertio

Plinius in panegirio Sueto.in calligula & alibi sæpe. Idē
offi.primus edictū prætoris diligenter vt hic dicit̄ cōpo-
suit,nam ante eum Seruius duos libros ad Brutū perquā
532 breuissimos reliquit ꝙ ad edictū subscriptos.i.inscriptos et
est elegans loquendi figura s̄m Zas plures auctoritates
ad id citantē subscribere etiā pro eo capitur quod est licī
se obligare Plin.in v.epistolarū & Cicero in oratione ꝓ
Fronteio,quod vero subscribere pro approbare sumitur
533 plusque notum est * Et sic licet Ser.antea circa edictū scri
pserit tum id breuissime fecit ideo Offi.dicitur primus q
diligenter composuit edictum Dubitauit tamē Valla in
elegantijs cap.xix.ne locus iste culpa librariorū sit corru
ptus dicens se loqui sic non audere imponendo videlicet
superlatiuo duo aduerbia per q̄ vehementiam significari
tia quū de hoc exēpla rara sint.forte alterū potest expun-
534 gi. Tertius prędictorū discipulorū ✠ fuit.T.Cel.de quo
535 Cic.in.v epist. Quartus Aufidius tuca * quāuis Zas. post
Raph.legat iura quē Pli.lib.vij.scribit offenso pede in co-
mitio quum senatum ingredietur interijsse Cice.in lib.de
cla.orat.alium tucam refert qui vixit ad summā senectu-
tem eratque bonus vir & innocens,sed dicebat parū nec
sane plus frater eius.M.Vergilius qui trib ple.l.Sylle im-
peratori diem dixit , sed hic tuca qui fuit Sylle tempo-
ribus non fuit ex Sulpi. auditoribus . sed ante floruit.
536 * Quintus fuit Aufidius namusa qui scripta horum disci
pulorum Ser.sulpi.digessit & in ordinē redegit plerique
vt Pomp.let.Raph et Zas.mamusa legunt Sextus Fla.
priscus. Septimus.C.Atteius ita legit Pōpo.let. expun-
cto proculo. Octauus Labeo annstius qui iuris discipli-
537 nam principali studio exercuit * & consulentibus de iure
publice responsitauit.Cęterarūque bonarum artium nō
expers fuit & in grāmaticam sese atque dialecticam lite-
rasque antiquiores penetrauerat latinarūque vocum ori-
gines rationesque percalluerat eaqꝫ præcipue scientia ad
enodandos plerosque iuris ciuilis laqueos vtebatur testis
Gel c.x.lib.13.&,c.11.vbi eum adeo nimia ait agitabat
libertas vt diuo Augusto iam principe & rempub.obti-
nente ratum pensumque nihil haberet nisi ꝙ iustum san-
ctūque esse in romanis antiquitatibus legisset.De quo Ci
ce.de cla ora coniunctus ait Sulp.etati.pub.antistius fuit
tabula sane probabilis qui quum multos tacuisset annos
neqꝫ contēni solum,sed etiam irrideri solitus esset in tribu
natu primū cōtra C.iulij illam consulatus petitionē extra
ordinariā verā cām agēs est probatus & eo magis ꝙ can
dem causam quū ageret eius collega ille ipse Sulp hic plu
538 ra & acutiora dicebat * itaque post tribunatū.primo mul
te ad eum cause.deinde maxime queque erant defereban-
tur rem videbat acute cōponebat diligenter.memoria ua
lebat,hunc labeonē augustinus in iij de ciuitate dei numi
na bona a malis cultus diuersitate distinxisse refert. No-
nus discipulorū pater Cina.pompo.let.legit paternus de
quo nihil inuenio.alij vero pater Cecina.duos enim fuis-
se cecinas patrē & filiū satis constat ex Cicero in orationi-
bus & in epistolis quæ lectio sit verior dijudicent pande
cte dicit Zas. Ego pater Cecina legendum vere arbitror
539 ex eo ꝙ Seneca in naturalibus quæstionibus scribit.✠ fa-
cundus hercle vir Cecina si habuisset aliquando in elo-
quentia nomen & nisi Cice vmbra eum præcessisset. De
cimus fuit Pub.Cecilius Zas.post Raphael legendum pu
tat Celsus quum de aliquo Cecilio non constet qui eo
tempore iuris peritia censeretur . Sex . enim Cecilium
apud Gell libro vigesimo Traiani imperatoris tempo-
re multo post Sulpitium etatem fuisse scribitur sic etiam
legit Pomponius letus. Ex his decem & octo subiungit
text.libros conscripserunt.legendum est ex his decem.s.
discipulis Sulp.octo libros conscripserunt qui libri vt hic
dicitur fuerunt in.cxl.libros a Mamusa digesti expuncta
ergo coniunctione & quæ sequitur verbum decem leges
recte literam.non enim decem & octo sed tantum decem
fuere prædicti discipuli.

Versicu.fuit eodem tempore.

Non minori eget restitutione versi.pręsens q̄ p̄cedens
dū ergo dicitur primū qui idem Cornelij maximus audi
tor fuit in nouis codicibus loco idem eiusdē legitur & ine
pte quū referre illum non possit de quo mentio facta nō
fuit.In antiquis codicibus lego verbū idem in antiquiori
bus nec eiusdē nec idē.et melius Pomp.let.sic ait eodē tpe
fuit Trebatius Cor.maximi auditor sicque nō maximus
sed maximi legendū est. Itē ibi Aulus cassetius.Q. mu-
tius Volusij auditor legendum puto.Aulus cassetius.Q.
mutij volusij auditor alias nullus bonus sensus vt ex se-
quētibus patet elici pōt,facit tex in.l diui fratres.ff.de iur.
patrona ibi sed volusius mutianus amicus nr̄.& iuris ciui
lis præter veterē & benefundatā peritiā anxie diligens.
Hunc Cor.tac.li.13.ꝯ egregia fama tres & nonaginta an 540
nos exegisse.& bonis actibus pluriū imperatorum offen
sam malitiā euasisse scribit s̄m Zas quod minime placet
quū hic Volusius temporibus Cesaris floruerit.sicque nō
quadrat quod de offensa tot imperatorum dicitur. Fuit
alius Volusius mutianus p̄ceptor.M.antonij phil.ut Ca
pito in eo char.ij.scribit & pariter Antonij pij cōsiliarius.
ut idem capit in Anto.pio adsi refert sed longo interual
lo post nostrū volusiū ille floruit. Ibi Trebatius peritior
Cassello,sed cassetius eloquentior Trebatio q Cor.maxi.
audiuit * amicus fuit & familiaris Cice.vt ex eius epistol. 541
deprehēditur in.vij lib.quæ plene sunt locis & scomatis
quibus iurisconsultū eum ludit * iuris enim ciuilis scientiā 542
Cice.licet pro cōmodo forte suo aliquando cōmendare ui
deatur præmere vel certe sicubi poterat submordere cō-
sueuit teste Zas.sed tpa captare ne qd durius dicā nouit Ci
ce.ait Zas.quapropter est aliqn̄ ei obiectū ꝙ duabus sellis
sedere cōsueuisset. Sene lib.vij.declamationum Et ꝙ Cice.
parū equus esset iuriscon ul licet intueri ex eo in oratione
ꝓ murena vbi si quis ei stomachū moueret triduo se futu
rū iurisconsul.iactabat & retuli in uersi.præcedenti in.iij.
no & in.ij officiorū qui eloquentiā iuris scie anteponit
ut diximus in ver post hos in.ij not. Hūc Trebatiū Cic.
in quadā eplā improuidentie arguit.quū .n. inter pocula
cōtrouerteret̄ possetne de furto ante her.aditā facto hr̄s
furti agere Trebatius neminē id sensisse iactauit & tñ Cic.
Seliū. M.Maniliū & Brutū id decidisse cōpererat ✠ quod 543
magnū teste Zas.præstat argu.non esse temere sed cū tem
peramēto sup iure diffiniendū ideo sub uerbo forte r̄ndēt
sæpe periti. Idē Cic in.3.epistola de Cor max. Trebatij
præceptore iocādo meminit,nā dixerat Treb.se ad Cor.
sæpe didicisse in qd Cic.capta ibi pro re nata occasiōe lu
dit.huic Treb.mittitur Cic brutus de quo etiā apud Gel.
c.xij.lib.vj.fuit Cesari a Cicerone alias cōmendatus ut ha
bet.in.vij lib.epistolarū in epistola ad Cesarē vbi respon-
sum Cesaris sic legitur. Trebatiū quē mihi cōmendas aut
Regē galliæ faciā aut hunc lepte legatū tu si alterū habes
quē ornē ad me mitte. Licet ergo Treb sæpe reprehēda
tur a Cic.uel ob amicitiā uel qa nō eēt multū eloq̄ntia de
coratus ut hic inuit Pōp.q subijcit ꝙ ei⁹ libri parū freq̄n-
tant̄ p̄stātissimus tñ erat iurisconsultus quū tex.hic dicat eū
fuisse peritiorē Cassetio qui excellus fuit iter cōsultos iuris.
In tex.ibi Trebatij q̄plures * lego cōplures aduerbiū n. 544
q̄ nō iungitur cōparatiuo sed superlatiuo Laurētius Val
la in elegantijs.& Aulus Gell capitulo ultimo quinti libri
ad finem.& sæpe lex nostra supra & infra varijs in locis
ea forma sermonis vtitur . Ibi aphrice oram teneret
* idest regionem vt est apud Virg.Troie qui primus ab 545

oris italiam venit. Plin. quum orã dicit fere semper litto-
ralem regionem appellat vt hic Pomponius. Ibi infir-
545 mum tuberonem applicare ✠ Zasius ex historijs hoc se
non comperisse scribit hallucinatus fuit credens infirmũ
pro egro poni. Tu exponas in firmum idest in terram, fir
mus enim stabilis & constans a ferendo doctus est. quod
constanter omnia ferat. hic firmamentum soliditas & sta
bilimentum. ibi quo nomine idest propter quam cau-
547 sam secundum Zas. Ibi oratio satis pulcherrima. * Bu-
deus sane legendum ait Tranquilli. auctoritatem addu-
cens in cesare dum ait bellum sane difficillimum gessit nã
satis particula dicit ipse cũ superlatiua significatione dissi-
det. & alioqui non pulcherrima tantum sed q̃ pulcherri-
ma dici debuit. Zas non facta mentione de Budeo pa-
rum inquit eleganter videtur locutus Pomp. secundum
Laurentiũ vallam quum quis superlatiui hoc verbo satis
ad iuncto attenuetur sed arbitratur grauitati iurisconsulti
conuenisse ne vim superlatiui effunderet sed cum tempe-
ramento lauderet. sic Hieronymus ad Eustochium satis
inquit eam deuotissime Angelus veneratur. Hercule
omnes codices satis habent sic etiam Pompon. letus re-
fert. Tu potes intelligere idest abunde vt est apud Pro-
pertium in magnis & voluisse sat est pro satis per apoco
pẽ hoc mõ bene stabit satis idest valde & abũde pulcher-
rima. Item ibi sermone etiam antiquo legendum est ta-
men loco dictionis etiã secundũ Zas. qui latine rei elegan
tia nõ recipit etiam vt per eum. Not. primo post Treb.
& Cor. max. fuisse Aulũ Casselium. Q. mutij. volusij au
ditorem. Volcatium audiuit Plin capitu. 40. libri octaui.
548 apud nos Volcatium etiam nobilem * qui casselium ius
ciuile docuit a stureone e suburbano redeũtem quum ad
uesperasset canis a crassatore defendit. De casselio etiam
meminit Valerios maximus de libere dictis scribens fuis-
se virum iuris ciuilis scientia clarum quam periculose con
tumacem. nullius enim aut gratia vel auctoritate com-
pelli potuit vt de aliqua earum rerum quas triumuiri de-
derant formulam componeret. multaque de tempori-
bus Cesaris liberius loquebatur senectuti sue confisus &
orbitati neque amicis ne id facere rogantibus desistebat.
Fuit dicit hic Pomponius quęstorius idest questura fun-
ctus vel destinatus vt ad id munus eligeretur consulatũ
549 renuit offerente Augusto instituit testamento heredẽ *.
P. mutium nepotem volusij praeceptoris sui inhonorem
praeceptoris scilicet facit. lex acquil. ff de dona & quae de
remunerandis honorandisque praeceptoribus dicentur
infra in versiculo finali. Secundo nota fuisse postmo-
dum. Q. tuberonem qui a causis agẽdis ad ius ciuile tran
sijt postquam. Q. Ligarium apud Cesarem accusauit.
nec obtinuit Cicerone illum defendente pulcherrima illa
oratione quae pro. Q. ligario inscribitur. sic Elianus so-
550 phista dicit. Zasius ad scribendum se conuertit * quum se
conspiceret acclamationi minus accommodatum testis
Philostratus. studium enim homo quod assequi non po
test. sequi definit. vt inquit Velleius paterculus & velut
amputatam relinquens materiã quaerit nouam praeteri-
toque eo in quo eminere non possumus aliquid in quo
nitamur conquirimus. Iste ligarius ciuis romanus quũ
praefectus aphrices post Considiũ consulem relinquerẽ
& bello ciuili inter Pompeium & Cesarem iam glicente
domũ redire desideraret. nec posset magis necessitate quã
uoluntate mansit & Q. tuberonem castra Pompei secu
tum ne aphricam appelleret prohibuit quam ob causam
uicto postmodum Pompeio Tubero eum apud Cesarẽ
accusauit * oratio illa Ciceronis maxime a Quintiliano et
551 Plutar. est commendata, ait enim Plutarchus in Marco
tullio. Cesarem ligarium condemnare prorsus decreuisse
sed pcessu orationis quũ in haec uerba incidisset. Quid
enim Tubero ille tuus districtus gladius in acie pharsalica
agebat cuius latus petebat sensus quis erat ita mente Ce
sar abalienatus est ut libelli quos tenebat e manibus deci
derent. reumq; contra propositum absolueret. Habitus
est hic tubero publici priuatique iuris doctissimus & cõ-
piures reliquit libros sed quia sermonẽ antiquũ affectauit
ideo eius libri parum ut subijcit rex noster grati habenẽ.
Hinc Gel c. vij lib xj ✠ uerbis uti aut nimis absoletis ex 552
cuicatisque aut insolentibus nouitatisque dure & illepide
par esse delictum uidentur noua autẽ uerba uideri dico et
ea quae sunt inusitata &. desita iã & si sint uetusta de hoc
etiã pulchre idem Gel ca. x. lib. j. Tu inquit perinde quasi
cũ matre euandri nũc loquare sermone multis annis iam
desito ueteris q̃ scire atque intelligere neminem uis quae
dicis. nonne homo inepte ut quod uis abunde consequa
ris taceres. Sed antiquitatẽ tibi placere uis quod honesta
& bona & sobria sit ✠ Viue ergo moribus praeteritis, 553
loquere uerbis praesentibus atque Cesaris dictũ habe sem
per in memoria & pectore. ut tanq̃ scopulum sic fugias
inauditũ atque insolens uerbum. Seneca. xxi episto. lib.
eos qui uetusta ex alieno seculo uerba loquerentur ad ap
pios & coruncanos redire scribit * Politianus tamen in 554
quadam epistola illud Cesaris praeceptum magis illo secu
lo ualuisse scribit. quo latine adhuc omnes loquebantur q̃
nostro iure enim tunc poterat argui qui parum contẽtus
foret etatis sue uocabulis nunc autem uulgo latinus ser-
mo nescitur. nec a nutricibus iam sed a magistratis discit.
apud quos nulla magis haberi uerba & usitata debent &
recepta quã quae de ueteribus illis magnorum auctorum
thesauris proferuntur, propterea Quinti lib. j uerba inqt
a uetustate repetita. non solum magnos assertores habẽt.
sed etiam afferunt orationi maiestatem nam & auctorita
tẽ antiqtatis habent. & quia intermissa sunt gratiã nouita
ti similem parant sed opus est modo. Et ideo antiquarij
✠ dicuntur hominis qui uoces priscas & iam diu desitas 555
curiosi consectantur, affectãtque ut faciebat noster Tube
ro ✠ affectare uitiũ sonat. Et tunc affectare dicimur quod 556
anxie & nimia diligẽtia ad extra modum uel cultum uel
nouitatem quęrimus ut Quirianus poeta meo tempore.
De familia Tuberonum & aliorum dictum fuit in uers.
post hos fuerunt. aliquid etiam tangit Pli. cap. 60. lib. vij.
Messallam ait & plerosque alios tradere * Celium rube- 557
ronem a rogo relatum inde fuisse, praetura functum. et ca
pitu xviij. libr. x. in capite ait praetoris urbani L. tubero
nis in foro iura pro tribunali reddentis insedisse pichum
marinum ita placide ut manu apprehẽderetur. & respon
disse uates exitium imperio portendi si dimitteretur & si
examinaretur praetori. at ille ait protinus compressit, ui-
xit que inde parum.

Ex uers. fina l. secunda.

Sequitur interpretatio in uer. finalem istius l. ij.

Fuit inquit Pomponius post Trebatium & praenomi
natos Atteius capito. & Antistius labeo qui omnes prae-
dictos audiuit. maxime tamẽ a Trebatio instructus Ca-
pito consul fuit de quo est mentio apud Aulum Gel. ca.
xx lib. x. & cap. xij. lib. xvij. * labeo oblatum ab Augu- 558

sto consulatũ recusauit.homo igitur liber & minime am-
bitiosus fuit. Idẽ fecit Aulus Cassellius vt dicitur in præce
dentibus. Idẽ legimus de Octauio qui spreuit honores a
populo oblatos et dictaturã magna vi offerente populo
genu nixus deprecatus est & depulit. Sueto. in Octauio.
Manlius autẽ torquatus consulatum recusauit quod diceret
neque se populi vitia neque illum seueritatem suam posse
sufferre testis Plinius de viris illustribus capit. xxviij. Et
hercle animi ornamenta ut in ecclesiaste inquit Hierony-
mus ex bona conuersatione non ex tumenti de superflua
559 dignitate nascuntur. Denique * fortuna quo altius euehit
Agamenon apud Senecam dicebat. hoc magis varios ca
sus timere conuenit si quidem in publica hominum am-
bitione calumniatoribus recta in deterius torquentibus
hominis iusti parum tuta simplicitas est. Accedit quod
lubrici sunt vt ille inquit humanorũ gradus assensuũ tre-
mulus vertex. horrẽdum præcipitiũ, egre cõscenditur ad
eminentẽ statum anxie ibi consistitur, grauiter inde & re
pente descenditur. nã & sæpius ventis agitatur ingens pi-
nus, et celsæ grauiore casu decidunt turres. quanto securior
aurea fuerit mediocritas quam hic labeo superius 3 ceuo-
la secuti sunt intra cuius fines qui se continet vitam ille re-
ctam & tranquillam pro sententia Zasij aget, inuidieque
560 aule periculis non concutietur. Quod si quis * mihi obij-
ciat Vlpianos, Sceuolas, Papinianos, Martianos, Modesti
nos & ceteros plerosque iuris prudentes doctissimos & splen
didis magistratuum titulis potẽtissimos. is nouerit nolen
tibus ipsis & refugientibus magistratus & imperia acce-
pisse. & tamen ea fastigia quibusdam ex eis non solũ ma-
ximarum calamitatum. sed etiam interitus occasionẽ præ
buisse nam C. cassius a Cesare in exilium actus Vlpianus
cũ ignominia ab Heliogabalo a dignitate remotus, Mar
tianus a Didio Iul interfectus. & ex duobus posteriori-
bus sabinis incertum pater an filius Heliogabali mãdato
in tumultu pop. fuste percussus est in publico relictus. &
Papinianus præfectus prætorio iuris asylum ab Anto-
caracallo militũ gladijs obiectus, et securi percussus obijt.
sic & Mutius & Domitius in senatu interfecti. & ambo-
rum corpora edicto Marij fluuio immersa Appianus scri
ptum reliquit. sic decemuiri a quibus omne ius nostrum
profluxisse videtur vel in carcere vel in exilio periere.
quibus quantum legalis philosophia ad animi tranquilli
tatem & rempub. tuenduin profuit. tantum magistratuũ
moles nocuit Hæc est magistratuum merces hic finis ma
gistratuum. itaque cauere præcipitia & in ingentis pru-
dentie & fortunati propositi. Ad quod vide quę pulchre
scripsit Petrarcha libro septimo epistolarũ famil. episto-
la 101. & sequen incipiente summe quidem. Sed hodie
561 proh. dolor ✠ precio nummario magistratus emuntur
in detrimentum animarum principum vendentium.
Hinc sanctus Thom. in epistola ad ducissam burbancie
suadet ne vendat officia quamuis temporalia, sed eligat
bonos quos constringat ad suscipienda officia quia per
eorũ industriã magis accrescet ducisse. refert Alb. in dictio
na. super verbo talea. mens n. potentie auida nec abstine-
re nouit a vetitis nec gaudere concessis. nec pietati adhibe
re consensum cap. virum. xlvij. dist in. Secundo not. pul-
chram temporis dispensationem Labeonis. plurimum
562 namque studijs operam dabat et annum ita diuiserat * ut
Rome sex mensibus cum studiosis amicis moraretur. &
alijs sex mensibus secedens conscribendis libris operam
daret. Sit hoc documentum studio incumbentibus ho-
563 ras habeant ❁ statutas quibus studio vacent non inter-
pollatim id agant. quia ut inquit Geminia. in procem. vj.
scientia interpollata perit continuata viget. De simili di-
uisione temporis pulchre scribitur apud Senecã de tran-
quillitate vite circa finem vbi multos magnosque viros
sic fecisse demonstrat. & alia quædam reperies in oratio
ne nostra supra posita ante commmentarium procemij.
fforum. Tertio not quod hi duo Capito & Labeo ue

luti diuersas sectas fecerunt dictio veluti quãuis * secundũ 564
Zas. sub vmbra ponatur impropriettatis ornat tamen per
quam acute. capiturque pro eo quod vulgo dicimus vt
ita loquar id quod apud Salust in catilinario reperias.
subinde Sabini & Nerue. Cassiani & proculiani iurison
sulti inter se dissidentes q eas sectas magis auxerunt quę
admodum inter naturales etiam contigit philosophos vt
ex Lactantio. 4 cap. lib. 3 de falsa religione cõperies Ca
pito in his quæ sibi tradita fuerant perseuerabat. Labeo
ingenij qualitate & doctrine fiducia quum ceteris operis
sapientie vacasset plurima innouare instituit. Budeus cre
dens hũc text corruptũ in illis verbis ingenij qualitate &
ceteris operã sapiẽtie legit ingenij facilitate & ceteris opi-
bus. Zasius aliter non restituit. & recte confisus. n. Labeo
qualitate sui ingenij (integrum enim habebat ingenium
quod inter bonas artes Salustius breui adolescere dicebat
& * quia ceteris operibus sapientie operã dederat. & mul 564
tas præterea scientias non tantum ciuilem percalluerat vt d. ij.
in versic. mutij auditores dictum est ideo multa innouare
instituit. Pompo letus referens locum hũc sic aiu qui præ
ceteris operam sapientie dederat in idem recidit. Capito
ergo in his quæ sibi a præceptoribus tradita fuerant per
seuerabat argumentum iudice Zasio quod a præceptorum
doctrinis non sit facile recedendum * Et seneca præcepto 565
res deorum ritu colẽdos existimat. etenim præceptor ani
miorum parens ac formator est quem nisi omni verborũ
honore prosequamur nisi vbique locorũ vbique hominũ
honorifica mentione dilaudemus impij & nepharij mere
mur nuncupari quam gratiam suis magisteris plerique iu
risconsultorum. Virg. quod & Cic. rependunt dissimiles istis
qui præceptores suos clanculo in angulis vellicant. conui
tijsque, proscindunt ac obtractant ita gloriã adipisci speran
tes si doctoribus derogauerint improbi & ingrati. Sed
& hæc discretio habenda est perseuerandũ. n. in præcepto-
rũ traditionibus quo ad veritas patit. et eatenus ac usque ad
aras vt aiunt exhibẽda reuerẽtia. quod si a uia declinauerint
eorũ doctrina uel distinguenda est uel cum tẽperamento
accipienda ut honor præceptori habeatur simul & veri-
tas asseratur exẽplo Cassij iurisconsulti in. l. dicere ff. de ar
bi. & pauli in l. j. § adipiscitur ff. de acqui. possel. & in. l. il-
lud quoque. ff de pet. her. cũ traditis per Signo. de homod.
in cõsi. 69 & Ray eius præceptorẽ. contra suũ discipulũ
in consi ulti post consilia ipsius Sign. Temeritatis n no
tã esse parisiensis cancellarius. teste Zas. dicti * viros sapien 566
tie gloria conspicuos uel statim errori subdere. uel quod
temperata resolutione placari poterat uelle subuertere.
At vero si intollerabilius aberrarint hi qui nos docuere
hic ab his sine trepidatione recedendũ est & veritati adhe
rendum quæ amicitior omnibus ẽm Zas. esse debet. Hinc
Oratius Nullius adictus iurare ĩ uerba magistri, nec istud
debent egre ferre præceptores ĩmo optare & gaudere in
hac pugna literaria * in qua discipuli uictoria ad gloriã re 567
dundat magistri superati. quũ laus pceptoris discipuli sit
profectus. Hinc Celsus reprehendit patrẽ suũ in. l. uj. in. §.
sed si seruus infra de condit. ob causam. & apud nos So
cin filius Socinum patrem non semel. Et ex hoc text di-
cente labeonem alia etiam philosophie opera. aliasque at-
tigisse doctrinas * inuehitur Zasius contra nostri tempo- 568
ris doctores qui illustres illos iurisconsultos omni doctri-
narum eruditione claros ieiuni & ignari bonarum lite-
rarum audent tractare quod alibi plenius in superiori-
bus attigimus. Et merito ait Zasi. labeonem instituisse
plurima inuocare ut enim ait Iuuenal. miserum est allo-
rum incumbere fame nec semper tutum sequi commu-
nes opinion. de quo supra dictum est. Quarto nota.
captioni successisse massurium Sabinũ & labeoni neruam
Cesaris familiarissimum dictarũ discensionum augumen
tores. De nerua Cocceio * plurima est mentio apud 569
Cor. tacitum libro quarto & sequẽti. Massurii meminit
Persius ibi * & quicquid massurij rubrica uetauit. Et Gell. 570

ſæpe præcipue cap.ij lib.4.referens eum dixiſſe ꝙ qui nō
longe videt tam ſanus eſt q̃ qui turdus currit. Maſſurius
ſubdit tex.i publice ſcripſit ſed ne obſtēt dicta in ſuperio
rioribus de tyb.Cor.ante quem neminē profeſſū tradiſ.
Et de alijs iuriſconſultis qui ante maſſurium ſabinū ſcripſe
re intelligas ſm Zaſium publice primum ſcripſiſſe ideſt
ex publica auctoritate principis alij ꝓ priuato arbitrio vſi
ſunt. Poſt conceſſum tale reſpondendi beneficium non
licebat iudici a reſponſo iuriſconſultorum recedere.§ re-
571 ſponſa prudentum * inſtit. de iure naturali ante igiſ multi
& ſcripſerant & reſpōſitauerant publice ſed torū reſpon
ſa probabilia tantum erant ſicut hodie reſponſa doctorū
ut per Accurſium & ſcribentes in.l.quum de interpreta
tione.ff.de legibus & in l j.C eo.titu.latius § reſponſa ſta
tim declarabimus. Quinto not ſucceſſiue.q. quū eſſet ſa
bino tale reſpondendi beneficium conceſſum.cepit alijs a
Tyberio ceſare dari Budeus & Zaſ.habent hunc tex.pro
valde corrupto.ſenſus eſt dicunt.Sabinum publice ſcri-
pſiſſe poſtquā hoc beneficiū publice ſcribendi ceperat.i.
inceperat ſiquidē Tyb.Ceſari idipſum beneficij loco tūc
conceſſerat & ita ordinat text Zaſius Maſſurius ſabinus
in equeſtri ordine fuit & publice primus ſcripſit poſtea-
quā hoc cepit beneficiū.a Tyb.enim Ceſare hoc iam illi
conceſſum erat Pompo.ſetus refert aliter locum iſtum.
Ego plane literam puto legi poſſe vno tantum verbo ad-
dito ſic. Maſſurius ſabinus in equeſtri ordine fuit & pu-
blice primus ſcripſit poſteaꝗ hoc cepit beneficiū a Tyb.
Ceſare dari hoc tamen illi conceſſum erat. In meo enim
codice ſcribitur poſteaque.non poſteaꝗ & ſi in his nō ſit
magna vis. Et vt obiter ſciamus ſubdit Pompo.ante tē-
pora Auguſti publice reſpondendi ius a principe nō da-
572 batur ſed qui fiduciam ſuorum ſtudiorum habebant * cō
ſulentibus reſpondebant neque reſponſa vtique ſignata
dabant ſed plerunque iudicibus ipſi ſcribebant aut teſta-
573 bantur qui illos conſulebant.✠ Primus diuus Auguſtus
vt maior iuris auctoritas haberetur cōſtituit vt ex aucto
ritate eius reſponderent & ex illo tempore peti hoc pro
beneficio cepit ideo optimus princeps Adrianus quum
ab eo viri prætorij peterent vt ſibi liceret reſpondere re-
ſcripſit eis hoc non peti ſed præſtari ſolere ideo ſi quis fi-
duciā ſui haberet delectari ſe populo ad reſp.ſe ꝓpararet.
Ergo ſabino cōceſſum eſt a Tyb Ceſa.vt populo reſpō
deret.qui in equeſtri ordine iam grandis natu & fere an-
norū quinquaginta receptus eſt ita vt colligo ex Pomp.
leto hunc tex.lego. Igitur vbi eſt obitum ſit obiter vbi
eſt pro beneficijs ſit pro beneficio.vbi ei ſit eis.loco prępa
raret ſit præſtaret.Obiter capitur hic ſecundum Zaſium
574 ideſt extra propoſitum & velut incidēter * quamuis lu-
ue.pro interea vſurpet dum ait atq; obiter leget aut ſcri-
bet vel dormiet intus quæ expoſitio non quadrat. non
enim extra propoſitum eſt quod hic ſubijcit ſed ad rē &
neceſſariā veluti declaratiōnē eius quod dictum eſt de be
neficio publice ſcribendi a Tyb.Ceſare dato Obiter ergo
ideſt ſimul & quaſi circum iter. fiducia autem iſta ſtudio
575 rum ſuorum labore & vigilijs aſſiduitate pariter non vo-
luptatibus illecebriſque iuxta Heſiodi ſententiam. Vir-
tutem poſuere dei ſudore parandā & reliqua.faciunt quę
Are.ſcribit in rubri.proœ.inſtit.ſuper illis verbis cupide.
Il.iuuentuti. Hæc dabant olim iuriſconſulti.reſp.ſignata
vt poſtmodū inductū vt dicit tex.fuit.conferunt quę ſcri
bit Pau de caſt.in l.cū antiquitas in fine.C.de teſta.& in
hac patria ex diſpoſitione ducalium decretorum dictami
na ceduleque produci non debent in iudicio niſi ſubſcri-
ptione iuriſperin ſint ſubnixa. Pro declaratione tamen
& intelligentia tex.noſtri.Et.d.§.reſponſa prudentum.vi
debis Nouiter Marium ſalomonium conſiſtorialem ad-
uocatum in ſua paradoxa enarratione in dicto.§.reſpon-
576 ſa prudentum * vbi elegāter declarat de.quod iuriſconſul
ti nec legem condere.nec vetera abrogare iuſue corrigere
poterant etiam poſt beneficiū Tybe.Ceſaris de quo hic.
dicitur ſed ſolū interpretari. Ibi etiā ponit ꝙ cuiuſque iu
riſconſulti non ea auctoritas erat vt ab eius reſponſo non
liceret diſcedere ut vulgo creditur ſed omniū ſimul ideſt
ab eo ꝙ omnes ꝓbaſſent ponderando tex.d.§.reſpō. ibi
quorum omniū collectiue & nō diſtributiue ac in plurali
alioquin verbū omnium fruſtra fuiſſet poſitum poſt di-
ctionem quorum.pōderando etiam tex.in verbo ab eo
rum reſponſo ſcilicet omnium & non reſponſis. Cui ſen
tentie nos nullo modo ſubſcribimus.imo credimus vnū-
quemque iuriſconſultorum illam in ſuis reſponſis habuiſ
ſe auctoritatem ut non liceret recedere poſt datum a Ce
ſare tale beneficium patet hic in ſabino cui ſoli ut text.di-
cit a prin.datum id beneficij fuit licet poſtea alijs pariter
conceſſum fuerit.non obſtat ꝙ collectiue loquatur quo-
rum omnium.quia reſpon.ꝙ quum vnuſquiſque iuriſ-
cōſultorum id beneficij habere poſt conceſſionē Ceſaris
vt hic dicitur.recte ibi omniū iuriſconſultorum ſentētias
talis fuiſſe præeminentie ſcribitur. Parum etiam me mo
uet q; imperator in dicto.§ reſponſo & non reſponſis di
cat,intelligitur enim a reſponſo eorum non licet recedere
ideſt ab eo quod ipſi reſpondebant.omnibus aūt reſpon
dere licebat ergo quilibet ibi comprehenditur & in prin.
illius § imperator loquitur in plurali reſponſa inquit pru
dentum non dicit reſponſum & ſic poteſt in oppoſitum
ille tex.retorqueri. Sed ſi varia uel contraria dabantur
reſponſa ✝ quid faciendum tūc iudici crediderint tūc fuiſ- 577
ſe ad principem recurrendum per textum in.l penult.C.
de legibus & text.in capitulo ſuper literis cum ibi not per
Imol.& Deci.in princip.de reſcrip.faciunt accumulata p
Decium de recurſu habendo ad principem in.ca.j.colum.
penult verſicu v.concluſio de cōſtitutio. Et ex hoc tex.
dicente,primus diuus Auguſtus conſtituit colligitur iu-
dice Zaſio * doctorum creandorum originem emerſiſſe 578
vt ea facultas de iure reſp non cuilibet temere liceat niſi
principis acceſſerit auctoritas facit lex magiſtros.C.de
ꝓfeſſo.& medi.lib.x.ſic apud hebreos nō omnes ſed ſcri
be Moſis cathedram inſediſſe legūtur ſic apud Athenien-
ſes cum ſolemni delectu ut ex Laertio colligitur philoſo
phorum ſcholis præfecti ſunt qui profiterentur. Sed &
apud romanos decēuiralium legū interpretatio non tam
prudentes q̃ eorum auctoritatem exigebat ut iuriſconſul
tus ſupra ſcripſit. Ab his igitur uetuſtis moribus hæc q̃
uidetis ſolēnia in uniuerſitatibus & ſtudijs generalibus in
troducta ſunt quibus doctores qui aſſiduo ſtudiorum la
bore.uite integritate boniſque moribus digni habiti ſunt
tanquam legum cuſtodes huius ſcientie aſſerende poteſta
tem recipiant ex publico. Sed quum iſtud ſit de reſerua
tis principi quomodo hodie doctores et collegia * docto 579
res creant & faciunt reſpon.id non fieri niſi accidente uo-
lūtate principis & ex priuilegio ut late diximus in proœ.
ſſorum.in.§ hæc autem tria. Aſſerit tamen Zaſ.ſe non
uidere in quo id beneficij reſideret nec enim eredit ea be-
neficia ex mercedum quæſtu conſtitiſſe quādo res ſit ſan
ctiſſima ciuilis ſcientia ſed quæ precio nummario non ſit
extimāda l.j.in.§.proinde.ff de uar.& extraor.cog. Sed
conijci diuinare.colligere inquit licet fauorem eos populi
meruiſſe & per hoc aſſenſum ad reipub gubernationem
patuiſſe.ſed quomodo hoc procedit quum iam Iuli.Ce
ſar libertatem oppreſſiſſet nec amplius liceret populo crea
re magiſtratus Lucanus libro primo ait ſectorque fa-
uoris ipſe ſui populus.letaliſque ambitus urbi annua
uenali referens certamina campo.Et Iuuena.iam pri-
dem ex quo ſuffragia nulli vendimus effugit curas nam
qui dabat olim Imperium faſces legiones omnia nunc
ſe continet.atque duas tantum res Axius optat pan
num & circenſes. Arbitror id pro beneficio tunc pe-
ti quia non omnibus concedebatur.ſed pro quibus prin
cipi iuſte viſum fuerat ideo dicebatur id peti a principe
pro beneficio.Maximum enim videtur eſſe beneficium.
vt quis tante eſſet auctoritatis ꝙ ab eius ſententia non

liceret recedere. Praeterea licet sciẽtia ciuilis sit res sanctis/
sima quae pretio extimari non potest. tamen licitũ est iu
risconsulto vendere rectũ consilium ita dicit text. in. c. non
licet. xj. q iij &. in l. j C de assess. ita ꝙ magnũ conferebat
beneficium iurisconsultis per dictam licentiam quũ pos/
sent vt praemiarentur honor & labor capere magna prae
mia. Est autẽ beneficium beniuola actio gaudiũ tribuens
capienti. c. j. in titu. qui cau feu. amitta. Et quãuis ea facul
tas pro beneficio haberetur non tamen caruit periculo.
580 ✠ Nã quod alteri de iure respondebat iurisconsultus hoc
in sua ipsius persona si quando res exigeret contra eũ ad/
uersus quẽ consulebatur pro iusto seruare is qui respon/
derat cogebatur vt dicit Angel. in. l. j. infra ꝙ quisq; iuris.
de quo late ibi Alex. & Ias. Subobscurus est etiam hic tex.
in illis verbis non peti sed praestari solere Accur & sequa
ces dicit Zas hunc locũ male intelligũt & allegata per Ac
cursium. tam sunt ad hunc tex impertinentia ꝙ ab ipsa lu
ce tenebre distant. Quomodo hic inhoneste peteretur iu
ris respondendi facultas quae ab Augusto vsq; ad Adria
nũ plus centũ annis peti consueuit ꝙ text. noster ante di/
xerat non est ergo vnquã ea res inhoneste petita quae tot
annos a tot clarissimis viris petita fuit. Et hodie in pōpis
creandorum doctorum cum insigni solẽnitate peti solet.

Verus sensus secundum Zasiũ est non dicere vt ad solã
petitionem facultas de iure respondendi concedatur nisi
is qui petit. praestiterit hoc est facto comprobet se idoneũ
vt ea auctoritate praeornetur. praestare enim eleganter ꝓ
581 eo summitur ✠ quod est facto & opere ostendere ut quũ
dicimus praestare virum cui credi posset. Sic Liuius lib. xj.
Fabium maxi. quũ filio suo legatus daretur operã suam
pollicitus fuisse & praestitisse i. facto ostendisse. ideo dice/
bat Lactan. loqui facile praestare difficile. Recte itaque
inquit Zas respondendi munus non peti sed praestari so
lere scripsit Adrianus hoc est non ad nudam petitionẽ.
sed tunc concedi solere quando petens facti euidẽtia ido.
neus uideretur. Et hoc ostendunt uerba sequẽtia dũ infer
tur si quis fiduciã sui haberet declarari se populo ad resp.
hoc est si qs fiducia sui delectaret eo munere is se ꝑstaret.
hoc est aptũ ostenderet Et huiusce sentẽtie est etiã Budeus
hic. Sed forte ipsi minus recte intellexerũt hunc textum.
Adrianus. n. absolute loquẽs nolebat id amplius peti qc/
quid de nuda petitione dicant praefati sed uolebat praesta
ri. i. effici. & sic uolebat Adria rediretur ad statũ qui Ante
Augustũ erat et consequenter ut qui studiorum suorum
fiduciã haberent cõsulentibus responderent haec uidetur
mihi iurisconsulti mens & intentio. quod ultra demõstro
dixerat enim Pomp. quod ante tempora Augusti ius pu
blice respondendi a principibus non dabat sed qui fidu/
ciã studiorũ suorũ habebant consulentibus respõdebant
sed primus Augustus cõstituit tale ius resp. a principe pe/
ti Et ex illo tpe hoc cepit peti postea infert ꝙ ideo Adria.
quũ tale quid ab eo uiri praetorij peterent rescripsit hoc
nõ peti sed praestari. vt. s. ante Augusti tẽpora. Et sic ꝙ fi/
duciam studiorũ suorũ habentes se populo delectari ad
582 resp. se praestarent ut tunc faciebant. Viri praetorij ✠ ut
intelligas tex. dicuntur qui praeturam gesserunt Cice. in
oratione pro planco consulari generi cedat praetoriũ nec
contendat cũ prorio equester locus. Sed in hoc sensu hic
accipi nõ credimus quũ non quadret ideo forte dicendũ
est uiri praetorij idest uiri praetorium seu causarum forum
frequentantes ueluti aduocati. Ergo sabino subijcit tex.
concessum est &c. propter longam digressionem quã su/
pra fecerat iurisconsultus iam ad Sabinũ reuersus per epi/
logũ colligit quod supra narrauerat Is enim oratoribus
mos est & pro instituto seruatur ut docent Cic. & Quin.
quũ narratio cepta prolixioribus digressionibus suspẽdi
583 tur ✠ reuerti sub quadã collectione ad ea soluere quę prin
cipio sunt adducta. Itẽ ex isto tex. dicente quod sabinus
in equestri ordine iam grandis natu & fere annorũ. l. rece
584 ptus est ✠ colligi põt ꝙ quinquagenarius iam grandis na/
tu esse dicitur. Et in tali etate mulier sterilis praesumitur ad
pariendũque non idonea Accur. in. l. si sterilis in princip.
infra de actio. emp. Fulgo. consi 202. ubi ponit qd in ma
sculo apud Plin. c. vij. lib. xij. masculũ generasse usque ad
octogesimũ annum cõpertum traditur. Sed quomodo
Sabinus ei ordini inserebatur cui non essent ample facul/
tates ✠ si quidẽ. l roscia cautum erat ne equestri ordini alcri 585
berent nisi quibus quadringenta essent sestertia. Hinc
Martialis lib. 5. Quadringenta tibi non sunt cherestrate
surge lectius ecce uenit & Iuu. & de puluino surgat eque
stri cuius res legi non sufficit. Sed Sabinus a principe di/
gnitatis nomine nõ ꝙ censu equestri ualeret in hunc ordi
nem secundũ Zas receptus est. princeps enim est superior
lege. Vel forte etiã dici melius potest quod tempore sa
bini lex roscia non habebat uigorẽ nec usu iam seruabat.
& ideo Domitius Calde. super illud Iuue. Et de puluino
surgat equestri interpretatur dictum aduersum Domitia
num imperatorem qui legẽ othonis roscij temporum ue
tustate ferme abrogatam restituit ꝙ Trãqui. in Domi. in/
dicat. Et vt obiter scias ✠ ordo est discretio status homi/ 586
num conditioni accõmodatus Et apud Roma. ut etiã hic
refert Zas. tres pręcipue fuere ordines senatorius equester
& plebeius ut hic per eũ. Apud Victruuiũ de archite/
ctura reperies theatrũ Rome sic fuisse dispositum ut pri/
mo esset cauea in quo loco plebs consederet deinde qua/
tuordecim gradus ubi equites. deinde orchestre sedes in
quibus senatores, postmodum Podium in quo magistra
tus non solũ sedere sed etiam deambulare poterãt. seruan
do ordini ac gradibus praefecti erant Lectius & Oceanus
antiquitus Mar. loco praealleg. Et alibi est & in hoc aliqd
uidit me Roma tribunum. & sedeo qua te suscitat Ocea/
nus. Infinitus ordo Plebeius fuit intra quem numeraban
tur qui ciues rom. & ex aliqua tribu essent loca eorũ thea
tris popularia dicta. Eius ordinis liberti nõ fuere capaces
nisi eẽnt uindicta manumissi unde nec ciues Romani erãt 587
nec tribules. i. tribubus inserti ✠ quod ignorauit ſm Zas.
Accur. in. l. patronus ff. de le. iij tribũ ergo emere est ut in
aliquam tribũ romanã insereretur nec necesse erat heredi
dicti liberti tribũ emere quam is qui clarissimus esset ha/
buit. Sexto no. quod quum sabino ample facultates nõ
essent ✠ a suis auditoribus sustentatus est qui quum exigui 588
census esset, magis aptus & expeditus fuit ad studium ue
enim Diogenes Cynicus dicebat paupertas idonea est phi/
losophie ✠ fuit pariter admodum pauper Elius tubero, ut 589
supra uisum est et. M scaurus Emilius iurisconsultus nobi
lis ut ex Pli. de uiris illustr. constat. Nec mirum pauperta/
tis enim & parsimonie tantus olim Rome est habitus ho
nos ut quanto rerũ minus tanto minus cupiditatis esset te
stis Liuius in praefatione prime decadis laudes. pauperta/
tis pulchre prosequitur Apule. in oratione prima ut ue/
ro inquit Philo politi. i. tales milesius ostẽdit amicis suis fa
cile esse philosophis ditari si uellent. ✠ sed hoc non esse illis 590
curae id quod etiã docet Lactan. in praefatione operis sui.

Et est hic tex. argu. ꝙ scholares doctorem suum paupe/
rem sustentare tenentur ut in sabino hic legitur ✠ hũc tex. 591
pro not. ad hoc citant Innocen. & Ana in. c. j. ad finem de
magist. rom. in suis singu. fol. vij. col iij. & Barb in proce.
clemen. reputans hunc tex. elegantem qui iudicio meo ni/
hil concludenter probat, ponit enim facti contingentiam
in sabino ex quo non potest summi ualidum argu. iuxta
glo. uulgatam in. l. unica. C. quando nõ peten part. peten.
accel. Potest tamen istud commune dictum doc. sic pro
bari. Doctor & magister est scholaribus ut pater ✠ . l. j. in 592
uerbo filios suos erudire cum glo. C. de excusa. artifi lib.
x. facit glo. singu. in. l. liberto. ff. de obsequi ꝙ persona ma
gistri ita sancta debet discipulo uideri ut persona patris fi
lio sed filius patrem tenetur alere ut clarum est ergo & di
scipuli praeceptorem. faciunt dicta per Seueri. in tracta de
modo studen. colũ. 15. in princip. dum Quintil refert &
Gel. c. 3. libri. iiij. satyricique carmina illa.

Dii maiorum vmbris tenuem & sine pōdere terram.
Spirantesq; crocos & in vrna perpetuū ver,subaudi dēt.
Qui præceptores sancti voluere parentis.
Esse loco.& q̄ pulchre.scribit Senec.lib.i.de benefi.char-
ta.ii.& Barto.in.l.quidam cum filium col. iii .ff. de verb.
obl.text.in cap.reuertimini ad fi.cum glo.in verbo a qui
bus.xvi.q.i.ubi discipuli debent referre gratias magistro
suo nontantū verbis sed etiam rebus pro quo.l.aquilius
ff.de don.& quæ scripsimus.s.in proœ.istius libri.in.§.fi.
&.s.in.iii.not. Septimo no.sabino successisse.C.casſium
longinum ex filia tuberonis & nepte ser . Sulpitii genitū
qui consul fuit temporibus tybe.Cesaris cum cratino ita
lego apud Pomp.letum non quartino vt hic legitur pul
sus est a Cesare ex vrbe.i. a Nerone in sardiniā teste Cor.
tacito lib.xvi Et reuocatus a Vespasiano diem suū obiit.
593 Gloriatur eo noīe hic noster Cassius*q. a duobus cla
rissimis iurisconsultis.Tuberone & Sulpitio descenderat.
quod certe nō est mediocre argu. ſm Zasium splendidis
eos ornari maioribus qui a iurisconsultis nascerentur ut
non iniuria doctorum liberi de hoc glorientur. Et hoc
est arg . contra nobiles qui quum legali scientie operā de
derint nomen doctoris fastidiunt quum legalis doctrine
594 lumen*nobilitati magno interuallo prælucear ad quod
faciunt quæ post Cinum scripsimus in rub.proœ.ffo[r]ū.
circa finem in.v.nota. Octauo not.nerue patri successis
se proculum & eodē tempore fuisse neruam filium &.C.
Cassium longinum equitem romanū & prætorium pro
culi tñ maior fuit & auctoritas & potestas de Proculo fit
mētio in.l.diui.ff. de iure patro.in.l.& proculo. ff.de lega
595 tis secūdo& apud procopium*dum ait Erat proculus
Imperatoris assessor magistratum quæstoris gerēs vir in
primis iustus.Et procul ab oi auari ia ideoque neque legē
aliquā in alicuius gratiam conscripsit placet Alciato.cap.
vii libr.iiii.paradoxorum. Fuit & alius Celsus proculus
consiliarius Alex.seueri.imperat ut in Alex.seuero ad fi-
nem spart.scribit. Nerua filius publice de iure respō.17.
596 sue etatis anno*.l.i in.§.pueritiam.ff de postul. vbi vide
q. Ang. de se & Bal. fratre suo refert & Barba. in.c.cum
vicesimum col.vii.de offic.deleg.& quæ de etate Cice-
597 ronis & Demosthenis orantium*scribit Gel.cap.xxviii.
lib.xv.Et alia per Alciatum in proœ vi. libri paradoxo
rum & pulchre Cice.in.8.philip. Cassius longinus hic se
cundo relatus is est ut puto qui ut Tranqui . in Nerone
598 scribit iussus est a Nerone mori* eo q.C. Cassii percusso
ris Cesaris nomen & stema haberet.Et sic secundus hic lō
ginus minus vixit quā prior Longinus qui mortuus est
sub Vespasiano ut s.dicit Pomp.& consequenter lōgo
post Neronem interuallo. Cassio subdit tex.Celius sabi.
successit qui plurimū sub Vespasiano potuit & proculo
successit pegasus qui sub Vespasiano p̄fectus vrbis fuit.
599 Iste Gel.sabi. scriptū reliquit*pileatos seruos. venū so
litos ire.quorū noīe vēditor nihil præstaret. cuius rei cau
sam esse dicit q eiusmodi conditiones mancipia insignia
esse in vendendo deberent ut emptores errare & capi nō
possent testis Gel.c.iiii.lib.vii.facit.l.si tamen in.§ ei.qui.ff.
600 de edil edic pegasi meminit & Iuue.ibi*Rapta propera-
bat ab olla pegasus attonite positus modo villicus vrbi.
Postremo subiicit pōp . q Celio sabino successit priscus
iabolenus pegaso celsus pater celso patri celsus filius &
priscus Neratius qui vtriq; consules fuerunt celsus quidē
& iterū iaboleno prisco albunius alias eburnius valēs &
tuscianus item & Sal.Iulianus ita legi hic finis debet. Pri
601 scus iabolenus antonini pii consiliarius fuit * testes spart.
et ca.in Ant.pio prope fi.preceptor Pauli patauini iurisco-
sulti vt ex.l an apud . j. de manu. vin. colligitur. Deridet
plin.illum in vi.epistolarū.lib.epistola ad voconium. q
quum assedisset Paulo poete elegos recitāti exordientiq;
prisce iubes. respondet ego non iubeo tanquā si paulus
eū interrogasset. Sed forte iocose id actum fuit. Celsus fi
lius & priscus Neratius vtriq; cōsules fuerunt, celsus qui
dem & iterum.i.ſm *iubentii celsi vulgo nota est respō- 602
sio elegans ad domitium labeonē qua respon. aut stulta
est interrogatio tua aut te non intelligo in.l.domitius la-
beo.ff.de test.docuitque in re dubia nō illico emittere sen
tentiam sed subsistere in.l.si me & titium.j.si cer.peta.pa-
trē suum reprehendit in.l.iii. in.§.sed si seruus.j de cō. ob.
cām sanctum est n.præhonorare veritatem testis philo.
ethicorum.i.fuit Adriani consiliarius vt in adriano spar.
scribit Et tādē baiis interfectus eo q necē Imperatori mo
liretur ut traditur in.vi.lib. epistolarū Plinii in epistola ad
vrsum * Neratius priscus Adriani imperatoris fuit cōsi 603
liarius spar.in adri.char.iii.ac & traiani consiliarius & fa-
miliarissimus ita ut ei aliquando prouincias cōmendaue
rit si quid fatale sibi cōtigisset ut idem spart in traiano scri
bit. Ex prædictis colligere licet celsum & neruā iuriscon
sultissimos reliquisse filios sapientia prædotatos*et si uul 604
go dici soleat filios sapientum cōiter esse stultos.quā pro
positionem nullatenus admitti Barb.in.c.primo col pe-
nulti.& fin de iudi natura enim dicit ipse est ex similibus
similia procreans teste Philo.de gener & corrup.& nā so
let effectum sibi similem in qualitate producere qualis er
go pater talis præsumitur esse filius,facit tex. in.l.q si no
lit in.§.qui mancipium.ff.de edil edicto.vbi in glo Cita-
tur ille versic.sepe solet similis filius esse patri faciunt quę
dixi. s.ad fi. principii istius ultime partis Verū m̄ est eo
plerūque premi infortunio viros splēdidos vt sui similes
filios nō relinquant ut retulimus.s.in versic. fuit post eos
in.iiii.no.philosophus particula octaua problematū quę
rit cur proles ceterorū aiantium magisq; hois suis paren
tibus gerit naturā an q hō vago varioque plurimū aio
in coitu est prout autem pater materque in conceptu af-
fecti fuerunt ita partus euariant Cetera vero aiantia oia.
aut certe plurima rei tm̄ ipsi intendunt totaque sese Ve-
neri dedunt. Est etiam aliquando in causa patrimonii reli
cti abundantia cuius superbia inflati filii heredes doctri-
nas postmodū contēnunt & scientias. Valens*iurisco- 605
sultus Antonini pii consiliarius fuit . testis capit. Saluius
iulianus* Adriani consiliarius fuit spart.in Adriano fol. 606
iii.dixit illam auream sniam . & si alterum pedem in fo-
ueam haberem adhuc quidem discere vellem refertur in
l.apud Iul.j.de fideicōmiss.liber fuit ſm consul a quo pro
genitus est Didius Iul.imperator romanorum iurisperitis
simus testes Eutropius & spart . composuit Iulianus no-
ster edictum perpetuum anno salutis christiane,cxxxiiii.
sub Adriano vt scribit Eusebius Cæsariensis quod edi-
ctum seuerus imperator in didii Iuliani inuidiam abolere
voluit sed non obtinuit vt tradit spar.Et refert etiam Al-
ciatus lib.secundo dispunctionum cap.xxvii.vbi vult eū
fuisse Mediolanē.& refert etiam epigrāma statue eius gre
ce inscriptum latine sic legitur. Iulianum Beroe leges cōt
rata docentem, Romaque diis possunt oia dixit agi. Et
ibi declarat* quid sit edictum perpetuū.quā rem Accur. 607
parū fuit assecutus quod declarauerat etiam Budeus in.l.
secunda infra de sta.ho.prætorum.n.edicta primitus an-
nua erant.& quilibet in anno suo noua in albo propone
bat & erat iuris dicēdi ratio arbitraria prætoribus & mu
tabantur pro eorum voluntate & libidine quod absonū
maxime erat ideo lata est a Cornelio lex de edictis perpe
tuis vtque prætores ex edictis suis perpetuis ius dicerent
ut declarat Asconius in oratione ꝓ Cor.Iul noster edicta
prætorū in vnū cōposuit.Et sub congruis tit. interpreta-
tus est qd' prætores postea sequebātur istud est qd' dictū
est eū perpetuū edictū cōposuisse.* Verūtamen Vlpian. 608
cuius origo fuit ex syria.l.i j de censi melius postea ordi
nauit & interpretatus fuit edicto prætorum ideo in.ff.vt
ex inscriptionibus primarū legum titulorum apparet se-
cuti fuerunt cōpilatores ipsum Vlpia. qui multos libros
ad edictorum interpretatione reliquit ut dicit text.in.l.
fi.C.de lib.præter. Alex.in.l.i.col i.infra si cer. pet.& de
his aliquid apud nos.sed edicta prætorū & edictū perpe

I

tuum non habemus de illo tamen facit mentionem text. not in.l.penulti C. de condi.indeb.& in.l.ii.colum. antepenuit.C.de uete.iure enucle.suntque prædicta de edicto perpetuo satis trita habenti cognitionem historiarum.

Fuere multi alii iurisconsulti hic per Pompo. non nominati vt ex Cice.de orato.& de claris orato.colligi potest & ex epistola Politi lxxxiii. Verum forte misit hic Pomponius quia solum fuit intentio loqui de his qui maxime auctoritatis erant ut potest colligi ex princip.istius ultime partis legis nostre. Magis miror quod Pompon. præceptorem iuum Papin.tacuerit de Vlpiano Paulo et aliis suis temporis non est mirum. Hi tamen omnes splẽdidissimi iurisconsulti qui quicquid laboris potr ıt Impẽ
609 di * ad inquirende veritatis studium contulerunt existimantes multo esse præclarius humanarum diuinarũque rerum inuestigare ac scire rationem quã struendis opibus quãq, cumulandis honoribus inherere id quod volebãt adepti non sunt. Et operam simul atq; industriam vt cũ Lactantio loquar perdiderunt. quia veritatem idest deũ qui fecit omnia comprehendere non potuerunt, omnes enim pagani ut in procæ.ffórum docuimus fuerunt. Nec de redemptore nostro quicquã vnquam curarunt. licet vite suæ & eorum quæ operabatur notitiam haberent, ut constat ex epistolis Pauli ad Romanos. Hinc etiam est ꝙ in annalibus romanorũ huiusce tenoris reperitur epistola. Temporibus Octauiani Cæsaris ex uniuersis ptibus illi qui perant prouincii qui rome erant. nouitates quæ occurrebant per mundi climata certiores reddebãt.

Quidam nomine Lentulus officium habens in partibus Iudee Herodis regis romanis senatoribus sic scripsi. Apparuit tẽporibus nostris & adhuc est homo magne virtutis nominatus Iesus Christus qui dicitur a gẽtibus propheta veritatis. quem eius discipuli vocant filium dei. sanans languores. & suscitans mortuos, homo quidem stature proceris, mediocris & spectabilis, vultum habens uenerabilem quem intuentes possunt diligere & formidare, capillos habens nuclei coloris auellane premature. & planos fere usque ad aures, ab auribus vero circiter crispos ceruliores et fulgentiores & ab humeris ventilantes discrimen habens in medio capitis iuxta morem Nazarenorum, frontem planam & serenissimam, cum facie sine ruga & macula aliqua, rubor moderatus, nasi & oris nulla prorsus est reprehensio, habens barbam copiosam & impuberem capillis cum colore nõ longam sed in medio bifurcatam aspectum habens simplicem et maturum oculis & variis ac claris exñtibus. In icrepatione terribilis in admonitioe placidus amabilis & hilaris seruata grauitate, qui nunquam visus est ridere. flere autem sic in statura corporis propagatus & rectus manus habens & brachia visu delectabilia. in colloquio grauis rarus & moderatus præfiliis hominum. prædicta sunt illius pistole verba.

Quinimmo quum Tyb.imperator suffragio magni
fauoris retulisset ad senatum ut Christus deus
haberetur senatus indignatione motus ꝙ
non sibi prius sm morem delatum
esset. vt de suscipiendo cultu prius
ipse decerneret consecrationem
Christi recasauit edictoque
constituit exterminan-
dos esse ex vrbe
Christianos
testis Orosius lib. vii. Ad laudem indiuidue
Trinitatis peruenimus ad finem in
Augusta Taurinorum anno chri
stiane salutis. 1528. magna-
rum feriarum ac uaca-
tionũ tẽporibus
quũ ocii plus
solito cõce
deretur.

Exercitationis Libellus.


Item si duo Vicentini puta prærogauerint iurisdictionem potestatis Paduæ, non poterit potestas ipse cogere testes non suppositos suæ ordinarie iurisdictioni, in causa testificari quum sint alie diuerse persone a prorogantibus et prorogatio vt hic dicitur, solum fit inter cōsentientes pro quo Ange. citat tex. in. c. j. cum ibi nota. de fōr competent. in sexto facit text. vulgatus in. §. ante omnia. l. si vnus supra de pact. & l. j. C res inter alios acta. l. Curt. hic contrarium tenet per regulam. l. ij. supra de iurisdictio. omnium iudicum, item ne prorogatio filiifa. reddatur elusoria, ideo dicit iudicem posse id facere per literas subsidiales seu in iuris subsidium laxatas ad competentem iudicem testium. vel patris iuxta text. l. cum vnus in fine infra de bon. auct. iud. pos. de quo plura scripsi in. l. cum quædam puella circa fin. principij supra de iurisdictione omnium iudicum. Quidam respon. opin. istam non procedere quia in potestate filij esset stare in iudicio sine consensu patris, contra tex. dicti. §. necessitate. Cui rationi respon. Curt. quia vt dicitur in dicto. §. necessitate iudex patrem cogere potest. quæ ratio militat etiam in iurisdictione prorogata, lex ergo permittit filio potestatem litigandi & fortius concedit vt conueniri possit, volens patrem cogi posse ad consentiendum. Et hæc opinio mihi placet, vt enim dixi in primo nota. iurisdictio prorogata eiusdem est naturæ. cuius principalis. quemadmodum ergo iudex principalis & ordinarius patrem cogere poterat ad præstandū consensum filio in iudicio litiganti ne iudicium reddatur nullum. Et testem cogere deponere veritatem ita etiam iudex. Cuius iurisdictio prorogata est, alias iurisdictio prorogata non esset eiusdem naturæ. Et si testes non sint iurisdictionis suæ. vel pater sit aliene iurisdictionis, dictis literis subsidialibus vti poterit, & hoc modo patrem ad consentiendum & te-

20 stes ad deponendum veritatem compellere ✠ Et not. qd' quādo testes sunt subditi iurisdictioni iudicis, coram quo causa vertitur & in ipsius territorio degentes. potest illos cogere regulariter venire ad deponendum veritatem coram eo. vel si voluerit examen committere. l. eos. §. si quis vbi Paul. castr. & alij not. C. de appella. c. primo & sequentibus de testib. cogen. §. finali. l. tertia, infra de testi. capitu. cupientes. §. si vero de elect. in. vj. limitando vt per Philip. franc. ibi & in capitulo secundo, in princip. in quarta columna de testi. in. vi. tradit Aretin. in consilio. lxxxij. columna finali & Deci. consi. cccclxlvij.

21 Quando autem * testes non essent subditi. vel in alieno territorio morarētur. Inuiti ad deponendum cogi trahiq;

22 non possent. sed scribendum esset eorum iudici & accipiendum testimonium suum per iudicem ipsum, in cuius sunt territorio & sub sigillo remittenda dicta iudici requirenti. vel per commissarium ad hoc specialiter in eum locū destinatum, præcedente licentia iudicis testium vel territorij in quo sunt requisiti per literas in iuris subsidium. §. & quoniam cum not ibi per Ang. in auct. de testi. Pau cast. in dicto. §. si quis & in. l. de die in. §. tutor supra qui satisd. cog. Lasfr. in rep. c quoniam contra in verbo testium de probatio. Feli in c. cum causam colum. fina de testi Iaso. consil. xiiij. circa fin. volu. j & Deci. in. c. quoniam colum. j. de testi. Et quando remissoria pro testibus alibi examinandis concedenda sit in locis præal. inuenire poteris.

Et tenendo hanc opi. ad istum tex. responde qd' prorogata iurisdictio est inter consentientes non inter alios. & licet in casibus prędictis exerceatur contra patrem & contra testes. tamen iurisdictio non dicitur esse prorogata inter eos. sed contra eos in necessariam consequentiam extēditur ex quo alias iurisdictio concessa. & a lege confirmata executioni mandari non posset. per regulam. l. secunde supra de iurisdictione omni. iudi.

Et prædictus consensus paternus sufficit * etiam quod 13
generalis sit & in quacunque parte litis præstitus vt per Mat. de afflic. in decisione regni. clxxx. & in aliis locis præallegandis. Nunquid autem per dictum consensum præiudicetur patri in aliquo ponunt Bar. & allj. in simili. cum dotem in. §. transgrediamur circa fin. infra solu. matrimo.

✠ Et hanc materiam consensus prçstandi per patrem filio 23
litiganti vltra dicta per Bar. & alios scriben. in dicto. §. necessitate late tradunt Bald. in consilio. cliij libro. j Paul. de castr in consilio. liiij. in antiquis Aret. consi. lxxlj in septimo dubio & consi. cxxxix. & clx. in octauo dubio & in l. si quis mihi bona in §. iussum col ij. infra de acqui hære. Cor. consi xcv. colum iiij. volumine. iiij. Alex. consil. lix. colum. ij. & cvj. volumine. j. ac in l. sed & si de sua colum. fina. de acqui hære. Barb in rubr de rescri. colum v. & vj. & in consilio. lxxxvj. in primo dubio libro. iii. Felin. in. c. cum i & a columna penulti. de re iudi. & in. c. nonnulli ad fin. commenti de rescript. Areti. in instit. de tut. in princip. & in. § actiones autem de actio. canon. in. c. si annum de iudic. libro sexto. Guido pape in quæstio. liiii. Iason. in l. j. columna tertia & sequenti. C qui admitti in l. is qui hæres. §. finali columna secunda, de acquir. hæredi. & in dicto. §. iussum columna tertia, & in aucten. quod locum colum. penulti. & fin. C. de colla. vbi Deci. in tertio not. & in. d. l. j. col. pen vbi etiam per Cur. col. xiiii.

Quinto not. ibi cuiusuis iudicis iunctis sequentibus etiā
delegatam iurisdictionem prorogari posse * secundum 24
Bald. & alios. nam & delegatus dicitur iudex vt in rub. de offi. & pot iud del habet enim iurisdictionem delegatam §. fi. l. i. supra de offi. eius di. i in rub. supra si quis iusdicenti non obtempe. quem tamen art. prorogationis latius examinabimus infra post glo. & Bar.

Vltimo nota. ex tex. ibi qui tribunali præest * quod li- 25
cet delegatus vite delegantis fungatur. d. § finali. ac l. & si prætor illo eod. titu. ipsi tamen delegati non dicuntur habere tribunal sed tantum ordinarii secundum Bald. ita intelligi debet iste tex. licet Bude hic in annot. impertinenter vagando & expositionem vocabuli factam per Accursium reprehendendo velit qd' maiores iudices solum dicerentur habere tribunal, q̄ est falsum quoniam omnes ordinarii regulariter tribunal habere dicuntur. l. ii infra de re 26
iudi. Albe in dictio in verbo tribunal. Estq; locus in quo solet ius per ordinarios reddi l. penul. supra de iusti. & iur. quamuis possit aliquo casu ordinarius esse sine tribunali, prout doctores legentes & rectores vniuersitatum vt hic per Bar. & Pau. de ca. supra in princ.

Glo. prima diuiditur in. iiii. partes, in prima ponit declarationem ad tex. in. ii. remouet tacitum contrarium disputans, vtrum lex ista locum habeat in clericis. In. iii. ponēdo aliam declarationem ad text. remouet aliud contrarium. In. iiii. pro declaratione prædictorum format vnam quçstionem & respon Secunda est ibi item hçc lex. iii. ibi item intellige. iiii. ibi sed quæro.

In prima parte concludit consensum litigantium, non inducere prorogationem iurisdictionis nisi iudice prçsente facta fuerit. & lis contestata Paul. de castr. hic post Guil. de Cun. improbat glo. * quia prorogatio prædicta non exi- 27
git litis contesta. sequitur simpliciter Curt. & alii Mod. & est communis vt plene per Alexand. in. d. l. si conuenerit colum fin. & in. l. quidam consulebat de re iudi Feli. in. c. inter monaste. columna iii de re iudi. Deci. in. c. primo in prima lectura, char. penulti versiculo quarta fuit solutio. de iudic. Et vt verum fateamur. l. ista & dicta lex est recentem confundunt aperte prædictam differentiam. * Se- 28
cundo male dicit glo. præsentiam iudicis requiri in prorogatione per text. in. § conuenire. l. secunda infra eodem & l. nostram in generalitate. & est communis scribentium sententia vt per Dec. in dicto. c. primo in prima lectura columna. xi. versi. sed tamen contra & id procedit in prorogatione iurisdictionis reuocabili. d. l. si conuenerit. secus est.

in prorog

in prorogatione irreuocabili. quæ bene exigit præsentiam iudicis acceptantis secundum Bald. & Ange hic Deci. loco præallega & in dicta. l. si conuenerit columna tertia. in tertia limitatio. & sicuti iudicis consensus non est necessarius in proroganda iurisdictione, pariter non est necessarius in reuocando prorogationem iam factam vt per Deci. ibidem in prima columna.

28 Sed hic cadit nota. difficultas. * an requiratur expressa acceptatio iudicis, vt præcludatur via pœnitentie prorogare iurisdictionis. vel sufficiat conuentionem & prorogationem fuisse factam in præsentia iudicis tacentis Paul. de cast. in prima col tenet sufficere præsentiam per quam satis videtur acceptare prorogationem acceptare, quum agatur de eius fauore vt hic per eum. & est communis scrib sententia vt per Deci loco præallieg. vbi tamen ipse oppositum tenet respondendo ad adducta pro communi. q; eandem dicit restringi debere in pacto facto coram iudice acceptante, idem voluit Ripa in d. c. j col. xxiiij. Ego a cōi non recederem quæ probatur per rationem Pau. de ca. hic cui non respon. Deci. loco præalle. Et per tex. d. l. si conuenerit quicquid dicant præfati dum vult posse mutari voluntatem priusquam iudex aditus sit adito, igitur iudice vel in præsentia iudicis facta prorogatione nō poterit mutari voluntas. nec pœnitentiæ locus erit.

29 Secunda difficultas * ex quo in iudicem quis semel consensit illius iurisdictionē prorogando. nō videbatur posse illum amplius recusare, & sic qd' sufficeret consensus ,prorogantis ad inducendum prorogationem iurisdictionis per regulam. l. sicut. C. de actio. & obli. maxime quum quasi contractus resultans ex litis conte. iuxta. l iij. in. § idem scribit infra de pecul d l. si conuenerit ias. ibi & alii circa hoc multum laborant & Ripa in. d. c. j col. xx. vbi nititur improbare rationes per scribentes hic assignatas Curti. hic colum. iii. concludit rationem esse quia ibi erat contractus innominatus facio vt facias, ideo nimirum si re integra locus sit pœnitentie ante ceptum iudicium p litis cont. prout in contractibus innominatis. l. si pecuniam in prin. infra de condic. ob causam quæ ratio parum vales, quum hic non videatur cōtractus innominatus secundum modum & formam de quibus in. l. naturalis de præscri verbis Secundo quia sequeretur qd' non posset mutari voluntas. ante litem conte. quum ex parte mea adimpleuerim quo casu alteram partem penittre non potest. d. l. si pecuniam. Tertio quia. l. si conuenerit procedit etiam interposita stipulatione speciali qnodam respectu secundum Bar. Alex. & communiter scrib. vt ibi per Deci. col. ii. & iii.

Alij dicunt rationem esse quia conuentio de litigando coram iudice nō suo respicit factum alienum, vt paret ex diffinitione iudicij sed obligatio facti alieni nō valet. l. stip. ista in prin. infra de verb. obli. cum accumulatis per me in l. semper qui non prohibet in fi. de reg iur. Quę ratio similiter non procedit. quum prorogans factū suum promittat se videlicet litigaturum coram iudice alias nō suo. Item quia attenta ea ratione non subsisterent actu coram tali facta ante litis contesta. quod est falsum d. l si conuenerit & d. c. j vbi scribentes notant. Dici forte potest hoc esse fauore ordinarie iurisdictionis vt prorogans dictam iurisdictionem posset ante litis contesta. ad proprium iudicem redire & coram illo in tali causa litigare quum iurisdictio ordinaria fauorabilis sit. c j. cum ibi nota de rescrip in sexto. c. p. & g. de offic. delega. resque de facili reuertitur ad naturam suam. c. ab exordio. al v. distinct. l. si vnus. §. pactus ne peteret, versiculo quod in specie supra de pact. & ideo solus consensus inducit irreuocabilem renunciationem priuilegii fori. l. j supra si quis in ius vocan. non ierit vt hic per Curt columna. iii. Deci. in d l si conuenerit, columna penultima & in dicto c. j. de iudic. vbi etiam per Ripam columna. xxi. cum sequen.

Circa secundam partem glo. quia canones non calluit se inuoluit in discussione articuli, an clericus prorogare possit iurisdictione iudicis non sui. * Dicendum est vt hic per Pau. de cast colum ii quem sequuntur Moder & tradunt latius Philip. fran. in c primo in principio de fo. com peten. in. vi. Socin. in dicto. c. significasti in sexto articulo principali. colum. xiiii. & sequen. vbi Felin. columna i & Iaso. post Barto. & alios in. l i. in. §. & post operis colum. finali de nou. oper. nun Et quare aliud sit in clericis quam in laicis ponunt ibidem doctor. 30

Et quatuor casus singulares ✠ in quibus clericus conueniri potest coram seculari, & per illum distringi enumerant hic Alex. & præfati Mod. primus est quando clericus falsum coram laico deponeret per. l nulli C. de testi. vbi glo. expresse exēplificat in clerico de quo dubitat hic Cur. sed non est dubitandum quum dicta glo. male dicat & communiter reprobetur vt ibi per Sali. & alios & per Socin. in c. i. colum penult. de for. compe. Secundus casus de clerico depositario est cōmuniter approbatus, vt hic per præfatos & per Mat. de affli. in decisione regni. xxiiii. 31

Sed non videtur iuri nec veritati cōsentaneus quia licet in causa depositi procedatur executiue. l penulti. C. depo. id tamen fieri debet per iudicem ecclesiasticum & competentem clerici, non autem per secularem. c clericum nullus xi. quæstione. i. faciunt quæ ponunt doctor. in. c quia v. in vltimis colum. De iudi. & Deci in consi 700 Ad tertium casum videte quæ scribunt Matt. de afflic. & Deci. in locis supra alleg Circa quartum casum de instantia quæ de laico transit in clericum. Verior receptior sententia est ad oppositum vt late demonstraui in. l. ii. C. de pact. inter empt. & vend. in quæstionibus.

Adde alium casum in. c. cæterum cum not. ibi per Dec. in secunda columna de iudic.

Ex tertia parte glo. * habetis primam declarationem ad hanc legem, vt procedat quando partes consenserunt in iudicem tanquam in iudicem ordinarium. secus si vt in arbitrium sequuntur hic Barto. & alii Et ratio est in promptu quia arbiter non habet iurisdictionem. sed notionem & cognitionem. l ait prætor in principio de re iudic. ideo eius quod non est prorogatio fieri non potest, vt diximus supra in primo not. & tradit Soci. in dicto. c significasti columna septima & octaua, quæstione potestas tamen arbitri bene prorogari potest. quia depēdet a potestate partium vt per Barba. in c. significasti fol. penulti. versiculo quid in arbitro de offic delega. 32

Secundo ex glo. colligite * q; partes non possunt compromittere in iudicem suum ordinarium, tanquam in arbitrum per tex. in. l. sed si in seruum in §. si quis iudex supra de arbi & sequuntur communiter doct. rationes plures assignantur per Roma in. d. §. & post operis vbi Alexan. col. i & Lancel. hic secundā rationem hanc sequuntur quia coram arbitrio proceditur seruato ordine iudiciario sicut coram iudice. l. i. supra de arbi. ideo videretur detrahi ordinarie iurisdictioni & fieri illi iniuriam, si coram ordinario tanquam coram arbitro procederetur abuteretur q; ordinarius iurisdictione sibi data per. l. viuam aut mortuā ex qua poterat similiter tanquam ordinarius procedere, procuraretq; semper ordinarius ,pcedere vt arbiter quo appellationem euitaret. quum a sententia arbitri non appelletur. l. diem proferre. §. stari supra de arbi ita qd' ordinaria iurisdictio euacuaretur & elusoria redderetur contra iura vulg Dec. in l. & si prętor supra de offi. eius in. iii. not. post alios de quibus ibi per eum tenet oppositum, in puncto iuris respondendo ad tex. in. d §. si quis iudex qd' procedit quando ordinarius iubet in se compromitti, secus ergo qn̄ compromissum sponte fieret quæ responsio non procedit nec subsistit, quia in primo dicto prohibetur recipere in se compromissum & sic spontaneam susceptionem. In. ii. compromissum iussum vt hic etiam per Curt. in iiii col Minus valet responsio quorūdam aliorum qd' ,pcedat tex. ille qn̄ iudex incepit cognoscere. arg. l de quare &. l. vbi ceptum. j. co. quia non apparet qd' ibi ceptum 33

esset iudicium bene ergo dicit Aquens.in.d.§.& post ope
ris col.ij.ad illum tex. male posse responderi.
34 De iure cano. ✠ contrarium deciditur in c cum tẽpore
& in.c.ex parte de arbi.rationem diuersitatis & differẽtie
colligite ex dictis Aquen.in loco præalleg. In ordinarium
35 vero * bene potest cõpromitti tanquam in arbitratorem
vt præfati declarant, quũ cessat ratio supra assignata qua-
re non possit compromitti in eum tanquam in arbitrum.
nam hoc casu procedit iuris ordine non seruato. Ex vlti-
ma parte glo. habemus modum cognoscendi an quis as-
sumptus fuerit vt ordinarius vel vt arbiter & cum ea tran
seunt hic Bar.Pau.castr.& alij.
36 Secundo not.colligitur per Ang.& Mod. * & vbicũq;
actus trahi potest ad plures sensus propter ambiguitatem
trahi debet ad sensum qui ex præfationibus colligit̃ argu.
§.idem responsio legis ticia infra de verb.obli nec mirum
quum præcedentia magis influant in sequentia q̃ ecõtra.
l.quisquis vbi Bar.no.infra de leg iij. Et hoc nisi alius sen-
sus esset clarus, quia tunc præfationes nihil operarentur l.
locatorum &.l cum plures infra loca. vt hic per Ange.&
per scribentes in.l.pacta nouissima C.de pact in.§.morte.
& in c.cum.M.ferrariensis.&c.
37 Tertio colligitur not.ampliatio * ad regulam legis quo
tiens idem infra de reg.iur.de reb.dub.& de verb.sig.qđ
non solum in dubio capienda sit præsumptio quæ actum
valere facit, sed etiam illa quę actum fortiorem & validio
rem facit vt hic per Lancel & Mod.& Alex.in.l.si seruus
plurium in.§.fi.ff.de leg.j.cum not in locis præal.
Glo.ij. diuidi potest in tres prout tres declarationes po
nit ad hunc tex.quæ approbantur per Bar.Paul.Curt.&
38 alios hic sed.iij.non est bona. * Et prima qđ tex.intelligat̃
de habente certum locum ad ius reddendum, more maio
rum quem locum non habent delegati põt procedere. vt
dixi in vlt.not.& verbis text.conuenit. Quidam tñ hanc
lect.reprehendunt per tex. in.l si locus cum no.j.eo.vbi si
locus iudicandi non sit in delegatione cõprehensus censet̃
iussus iudicare in loco vbi iudicari solet sine incommodo
litigantium & sic in tribunali committẽtis ideo dicit Pau.
de cast.in.d.l. si locus q̃ si potestas commiserit causam do
ctori sententiã esse ferendam in palatio potestatis vbi ipse
& iudices sui sententias proferre solent. ergo & delegatus
tribunal habere dicitur. q̃ a vero alienum est vt in vltimis
39 no.dixi * quum tribunal dicatur locus in quo iudex sedet
reddendo ius more maiorum.l.pen. supra de iusti & iure
vt hic per Barto.quod in delegato verificari non potest,
vt patet ad sensum.Et.d.l.si locus intelligitur de loco con-
gruo & honesto in quo sine incommodo litigantium iu
dicari solet.dummodo sit in territorio vt declarãt ibi Bal.
Ange.& alij.præterea ille tex solum loquitur de sententia
non de processu.ergo delegatus dici non potest tribunali
delegantis præesse & sic locum stabilem & ordinarium
ad ius redden. habere.
Secunda expositio vt per tribunal. contentiosa iurisdi-
ctio intelligat̃ per illa verba vel aliam iurisdictionẽ intelli-
gatur volũtaria, licet ad hunc casum nõ sit tex. restringen
dus.satis tamen procedere potest.& hoc modo exempli
cari quia ille qui inest tribunali contentiosam habet.d.l pe
nulti qui autem voluntariam habitum talem non habet.
40 * Nec obstat improbatio quorundam dicentium nõ fieri
prorogationem, qñ res deducitur de habitu ad actum vt
in voluntaria iurisdictione l.ij. supra de offi.procõ.& leg.
quia & si in casu illius text.non prorogetur iurisdictio sed
voluntaria ad actum deducatur tamen, voluntaria bene
prorogari potest de habitu ad actum rem reducendo vt
vult hic tex.iuncta declaratione istius glo.prout latius dixi
supra in primo not & in l.fi.supra de iurisd.om.iud.Cla-
req; probatur quia fundamentum prorogationis iurisdi-
ctionis est in præexistenti iurisdictione vt per hunc tex.di
xi in not. In proposito præexistit iur. ergo &c. De quo
vide Ange.& Paul cast.hic in penul.& vlt.colum. Barb,
in dicto c.p.& g numero.cxx.de officio deleg. & Socin.
in.c.significasti columna. viii.& præalleg.
Tertia declaratio vt per tribunal. imperium per iuris-
dictionem simplex ordinariaq; iurisdictio intelligat̃, non
procedit quasi vellet text.ordinarius non habere tribunal
contra.l.ij.de re iudi.&.l.penultima de iu. & iure.vt latius
dixi in vltimo not.damnando Budeum qui hic in annot.
sequebatur prędictam declarationem Bar.addit quartam
declarationem, quæ potest procedere, vt etiam in superio
ribus dixi. Due ergo prime glo.¦cum vltima Bartol.pro-
cedent tertia glo. non.
Ex prima parte glo.colligitur conclusio qđ iurisdictio
delegata potest prorogari id quod probatur per hũc tex.
vt dixi supra in primo & quinto not Et procedit respectu
rei loci & temporis, non autem respectu persone * d.c.p. 41
& g.in fin. de offic.delega.Bartol. & alij communiter hic
Socin.in dicto.c.significasti columna sexta & septima.Fe-
lin in dicto.c.p.& g.columna ij.& Deci.in capitulo cæte-
rum colum j de iud. Nec obstat quod de re ad personas
valeat argum.l.qui furere supra de stat. homi.ac de tem-
pore ad personas.l. qui plures liberos infra de vulg. ergo
valebit prorogatio de persona ad personam secundum
Angel.& Curt.hic respon.ad tex.dicti capi.p.& g.vt vo
luit Paul.cast hic in fi.& cano.in dicto capi.p. Cui tamen
conclusioni refragari videtur tex.ibi in fin.qui generaliter
dicit delegatam iurisdictionem ad alias personas proro-
gari non posse, & sic cessant argumenta quum text.sit de
hoc apertus. Difficultas est in assignando bonam ratio-
nem Pau.castr hic in vlti.columna, assignat tres rationes
quas improbat Lanc.Dec.aliam ponit Cur. quia substan
tia iudicij in personis consistit vt probatur ex diffinitione
iudicij de qua supra, locus autem & tempus accidentalia
sunt & concomitantia vt post Bal.dixi supra in rubr ideo
nimirum si facilius admittitur prorogatio iurisdictionis,
circa cõcomitantia q̃ circa substantialia quæ ratio parum
valet, quia res est de substantia iudici l.j.cum ibi nota. per
glo.& doct.supra de eden.ergo prorogatio iurisdictionis
quæ fit de re ad rem respicit similiter substantiam iudicij
aliam addet Curt quam latius prosequitur Socin.in.d c.
significasti columna.vi. quia proprietas delegate iurisdi-
ctionis remanet in delegante.l.iudicium soluitur infra eo-
dem §.finali.l.i. supra de offic.eius ideo conueniens est iu-
risdictionem prorogari non posse ad alias personas in de-
legatione non expressas præter consensum ipsius delegan
tis.cuius est fundamẽtum iurisdictionis vt diximus supra.
Sed nonne ratio ista pariter militat respectu rei & tẽporis
& tamen non prohibetur delegatio.cogita.
In ordinaria iur. * difficilius fit prorogatio de loco ad 42
locum, quam de persona ad personam.in prorogatione
enim loci requiritur expressus consensus capi statutum.§.
in nullo de rescript. libro sexto, in prorogatione vero iu-
risdictionis de persona ad personam sufficit tacitus con-
sensus vt diximus supra & post Aret.tradit Deci.in capi.
cæterum columna prima de iudi.
Prædicta conclusio quod iurisdictio delegata non pos-
sit prorogari de persona ad personam * limitatur multis 43
modis vt per Soci.loco præalleg. & Felin in d.c p.& g.
columna secunda & tertia.
Ex sequenti parte glo.colligitur alia not.conclusio * q̃ 44
iurisdictio q̃ habent iudices chartularii i.notarii eo modo
nuncupati a charta sui priuilegii ꝓrogari potest, & sic de
habitu deduci ad actum.licet ergo instrumenta de iure cõ
muni non habeant executionem paratam.l.minor. xxv.
annis cui fideic.de mino.ibi ad initium noue petitionis re-
degerat quẽ tex.extollit ad hoc Hercu.perusi.in l.ait præ-
tor col i ad fi j de re iud.aliud tñ est qñ sunt guarẽtigiata.
i.qñ notarius iudex chartularius facit pręceptũ de soluen-
do parti acceptãti instar iudicis ordinarii l.si debitori j.eo.
Sed cadit hic not.dubitatio an oẽs notarii vi tabelliona
tus habeant talem iurisdictionẽ & sint iudices chartularii

eo ipso

eo ipso ꝙ sunt notarij. Et quid sentiat hic glo. Pau. de ca.
est nōnulli alij dicen. et tenendū est. ꝙ non. nisi ab auctori
tatē habente cū tali potestate & iurisdictiōe creati fuerint
notarij vel a stat cōcessa esset ut hic per Bal. col fi ibi pro-
pter formā idē vult Cur. col. pen. licet nō referat Bal. adde
pulchre Soc. in. d. c. significasti col. 8. in. x. q. Cor. in consi.
238. &. 259. lib. 3. hercul. perus. in. d l ait praetor col. j. &
ij. Ias. in l error in duab' vltimis col. C. de iu. & fac. ignor.
& late habetur in tractatu de guarentigia. Officium aūt
45 tabellionis • prorogari non potest ideo acta causae scribi
debēt per eundem causae notarium. non per alium etiam
de consensu partium quia prorogatio solū in his fit quae
iurisdictionem sapiunt ut hic per Bal. in fi. cōmenti sequi-
tur hic simpliciter Cur. & Soci. loco praeal. et latius Barb.
in. d. c p. & g. col pantepe. limitādo post Ange. & imol.
nisi id ex causa fieret exempli gratia propter impedimen
tum. quia tunc auctoritate iudicis. alius notarius deputari
posset arg l. j. supra de offi. consul. & l. j supra de off. eius.
ideo si eēt diuisa iurisdictio ciuitatis per portas licet unus
iudex non posset se impedire de porta alterius tamen si in
ciuitate vigeret & serperet pestis & iudex unius pte esset
absens actus posset expediri p iudicē alterius porte ut ibi
per eos. iudex tamen q citauit per unū nuncium peterit
post ea per alium citare sed ista non est prorogatio. nec
vnus nuncius deputatus est specialiter pro aliqua causa.
Vltima pars glo. expedietur in sequenti glo.
Glo. fi. diuiditur in ij partes i prima declarat. tex. in scda
disputat vtrū haec lex locū habeat in criminalibus scda
ibi sed an Rōnes & iura glo. parū concludunt art. est de
apicibus iuris Bar. hic se breuiter absoluit sequendo gl. ꝙ
46 fieri posit prorogatio etiā in criminalibus • quādo iudex
prorogate iurisdictionis. habebat iurisdictionē. in causis
imperij alias nō eēt prorogare iurisdictionē sed de nouo
dare & mouetur Bar. solū per legem primam. C. vbi de
crimi. agi opor. in verbo inchoata cui potest multiplici-
ter respōderi ut hic per Bal. in vlt. col. vel ꝙ nō loquitur
de iudicio inchoato per prorogationē. sed de ipso crimine
inchoato vt ex pcedētibus apparet ut hic p Lanc. & Cur.
& per Bal. illum tex. sic declarantem in consi. 28. lib. ij. &
Pau. ca. in. d. l. j. l. Opinio glo. & Bar hic cōmuniter rece-
pta est cū pluribus tamen limit quae cōclusionē destruūt
ut hic per Pau Lancel. & Curt. Soci in praeal. c. significasti
col xj. &. xij Fel in. d. c. p. & g. col. iij. Pau. de ca. in. l. j. C.
de iu. om. iud. & in dicta. l j. C. vbi de crim. agi opor la-
tius per Barba in dicto. c p. & g. folio. xj. cum sequenti in
versic. quid autem in criminalibus ubi tenet contra com-
munem ꝙ in causis criminalibus cognitio spectet ad iudi
cem naturalē delicti cōmissi priuatiue & nequeat fieri pro
rogatio maxime ne fiat praeiudiciū iurisdictioni offense
neue collusio frausq; cōmittatur ut ibi per eum. & est opi
nio defensibilis & consentanea legibus & communibus
vt hic etiam per moder.
Non est tamen a communi recedendum cū limitationi
bus praedictis per quas potest optime respōderi ad ratio
nes praealleg. quia prorogatio solum fit in praeiudicium
progantis. nō in praeiudiciū reip. offense nec sine cōsensu
iudicis territorij lesi ut hic per Ange. Pau. & Mod. & per
Pau. cast. in. d. l j. col. j. C. ubi de crimin.

EX LEGE VENDITOR.

VEnditor molens emptorē in cā cōtra illum mota
defendere debet hoc facere corā iudice ipsius em-
ptoris cōuenti nu. 1. 8. & per totā legem.
Clericus veniens ad defenden. emptorē in lite contra eū
mota debet id facere corā iudice emptoris conuenti. se
cus est quando venit pro suo interesse principaliter. 1.
2. 11. 13. 19. & sequen.
Denūciatio litis motae. pro euictionis cōmodo cōsequen
do ut sit legitima qualis eē debeat & cui fieri. 3. cū seq.
Euictio vt praestitur quid faciendum ibidem & de materia
euictionis nu. 24
Denuncius litē motā tenetur nihilominus psequi & cām
defendere alias regulariter nō agit de euictiōe. 5. cū seq.
Pacta inutilia quae dicantur. 6.
Protestatio ꝙ quis nō intendit conuentū in iudicio desere
re quando alias interuenit in causa vtilis est. 11.
Iudex secularis nō dēt curare de inhibitorijs iudicis eccla
stici in causis quae ad forū ecclesie non pertinent 14
Fiscus priuilegiatus est vt causam contra eius emptorem
motam ad iudicē suum reuocet nu. 16
Fiscus et eccla licet pcedāt a pari secus tñ est in clerico. 17
Tex l. bene a zenone declaratur. 18
Compromittens dicitur mutare forum. nec iudicem. 28
Sentētia lata contra emptorē an et quādo possit executio
ni demandari contra venditorem & in bonis illius. 25.
Tex. §. si ignorantes l. si procuratorē man. declarat ibid.

IN LEGEM VENDITOR DE IVDI.



HEC not. lex quae habet materiā quotidia
nam & practicabilē vsq; ad. §. iudices. diui-
ditur in tres partes in prima ponit thema.
in ij quaestio. in. iij. responsio. secunda ibi
quaeritur tertia ibi Pau.
Sūmatur ut hic per Bal. Ang & Pau. ca.
Ratio dubitandi esse poterat. • quia quum iste uēditor 1
denunciatus ueniat ad iudicium stimulatus ut defensor ne
cessarius venit. & sic loco rei habetur ut per Ang. in. l. non
cogere in. §. si procurator supra de procur. & Dec. in. c. in
telleximus col 4. de iudi. si ipse originaliter conueniretur.
Coram suo iudice cōueniendus esset. l. fi. C. vbi in rē actio.
ergo & hoc casu quum reus & defensor sit videbatur ꝙ
ad suum iudicem trahere posset.
Oppositum tñ deciditur. ratio decidendi est. qa iudiciū
inchoatum fundatur cōtra emptorē possidentem rē vēdi
candam non cōtra venditorē. l j. C. ubi in rem actio ideo
dicit hic iurisconsultus venditorem emptoris iudicē sequi
solere. Non obst. allegata in opposiū qa procederent
quādo ipse venditor possideret & contra eum iudicium
fundaretur alias secus vt hic qa non habet in considera-
tione respectu fori persona vēditoris clerici puta. ꝙ uenit
ad iudicium necessario & incidenter.
Noto primo ex isto tex. ꝙ actor uolens rem venditam
vendicare emptoris nō venditoris forum sequi debet ad
idē tex in. l. j C. vbi in rem actio. quia actio realis contra
possidentē non contra illius auctorē datur ꝙ si cōuentus
possessorio aliū dominum nominet. an & quando possit
euitare iudiciū. vltra ea quae traduntur per scriben. in d. l.
j. videte Ang. in. l si cui in. §. impator infra de accusa fran
ciscum de parma in tract. de iure fisci fol. ix col. 4. vbi di-
cunt • ꝙ licet clericus uolens venire ad defendendū laicū 2
pro interesse suo non possit trahere actorē ad forū episco
pi dari tamen cautelā ꝙ colonus nominet praelatū in iudi
cio asserendo ꝙ colit pro praelato vel clerico quia tūc ne
cessario trahitur ad forū ecclesie vt etiam scribit math. de
afflic. in decisione regni. 116. cum seq.
Secundo not. ex tex. ibi • denūciatus et euictionis nomine 3
defenderet ꝙ ad hoc ut uenditor de euictione teneat non
sufficit denunciationē esse notificatoriam verum etiā req-
sitoria esse debet ut veniat ad defenden. ipsum emptorem
cōuentū accedunt tex. in. l. si plus in. §. mota litem infra de
euic. in. l. si absente cū ibi no. p Pau. de ca. supra de pcur.
& in. c si. de emp. & ven. cū accumulatis p Bar. in §. mor
te col. xj. & in. l. emptor. ff. de euic. Pau. de ca in. d. l. si absen
te Anto. burgos in. d. c. fi. in. ij not. Dec. consil. 74. &. 102.
Ripam in. c. cum. M. ferrar. 163. in nona conclus. cum seq.
de consti. & nod. repet. in. d §. morte col. 25. cum sequen

ti & ponunt scrib. prædicti multos casus in quibus absq;
p̄dicta denunciatione agi pōt de euictione contra vendi.
4 In qua materia* tria diligēter in actu practico notabitis
primū q denunciatio prædicta debet esse legitima tā ex
tpe q̄ ex modo quia emptor litē motā denūcians debet
mittere venditori copiā libelli. & ,pcessus quum debeat
venditorem de lite nota certū facere nec aliter certiorari
dicat̄ nisi his cognitis i nomē in verbo certior factus C.
quæ res pign. obl. poss̄ Bar. in. d. l. emptor & in d. §. mor
te col. xj. Ang. hic Bal. i. l. libera col. fi. C. de sent. & iterlo.
om. iud. Ripa loco præal cū alijs. j allegan. & ita obserua
tur in practica. solent. n. emptores venditoribus & aucto
ribus suis litē intimare cōtra eos motā super re vēdita re-
quirēdo & interpellando vt veniant ad defendendū eos
& onus defensionis causæ in se assumen. exhibendo eis ad
hūc effectū ut certiores de oībus reddant̄ copiā petitio-
nis & libelli. actaq; (vt dicitur) disbrigata protestando de
oībus dānis expensis & interesse. & de agēdo contra eos
de euictione suo loco & tpe. vt magis secure cūcta proce-
dūt auctoritate iudicis hæc suis auctorib⁹ intimari faciūt.
Ex tpe vero legitima dicitur quando fit tali tēpore q
vēditori saluū sit ius faciendi defensiones suas & etiā post
litis cōtest. ante sententiā & publicationē testiū alias secus
l. si rem in. §. fi. infra de euic l. emptor fundi cum not. C. de
dicto c. fi. notant Bal in dicta. l. libera col. fin. prac pap. in
for. lib in causa ven in glo. ,pmittens de euic. col ij. Ant.
burgos. in d. c fi. col. j. cum alijs infra allegandis.
Secundum erit q per denunciationē hanc emptor non
eximitur a prosecutione & defensione litis nec ab appel
5 lando & ,psecutione appellationis* q si aliter egerit non
poterit agere de euictione contra venditorē qcquid dicāt
Io. de anna. & Bolog. in apostil. seu addit ibi in consi. 38.
quia mora emptoris cū erat formatū iudiciū magis præ-
ponderat. & quū nullus rem defenderit & sit euicta em-
ptori magis imputandū est vt de euictiōe agere nequeat.
ſm Bal. in. l. j col 4. C. de peric. & com. rei ven pract. pap.
loco præal. Dec. consi. 74. colum. ij. & Anton. burgos in
d. cap. fin in. ij. colum.
Intellige nisi pacto speciali per venditorem emptori hec
remissa fuerint arg. l quæritur § si venditor infra de edil.
edic. & in. l herenius in prin infra de euic ut p pra. pap lo
co præal. col. 3 burgos Ripā & mod in locis supra alleg.
Et ideo practici notarij in instrumentis ponere solent hu-
6 iusmodi pacta & remissiones ✠ quæ vulgo secundū pra.
pap. loco præal. appellant̄ pacta utilia & cōuenienti con-
gruo q uocabulo quia emptoribus valde utilia sunt.
Tertio not. est p̄termitten. q practica denunciatio fieri
7 dēt venditori suo nō primo vēditori ✠ vt hic & in. l. si ,p
Re in. §. j. cū not. j. de euic. tradunt Io. de anna. & bologn.
361. in præal consi. 38. Dec. consi. 74. & burgos loco pal.
vbi dicit q ille venditor cui non fuerit denunciatum non
teneretur emptori suo de euictione per glos. quā ad hoc
singul dicit perpetuoq; not. in. d l. si pro re in. § j.
Tertio no q venditor volens emptorē conuentū defen
8 dere id facere debet corā iudice emptoris* corā quo lis ce
pta fuit nec pōt rē ad suū iudicē reuocare. opposita fori de
clinatoria ex ,ppria psona. cōcordat text. in d. l. j. iūcta gl.
fi. cū no. ibi p Pau. ca. in. 3. col. C. ubi in rē actio. & in. l. iam
tū in. §. fi cū gl j iudi. sol rōnem vidimus post figurationē
casus. Amplianē prædicta ēt si vēditor uellet cām trahe-
re ad propriū iudicem quem de iure cōi haberet ſm Pau.
ca. & Lanc. hic licet enim iste tex. loquatur de iudice quē
venditor ex priuilegio sortitur idem tamen est in eo quē
habet de iure cōi propter identitatem rationis secundum
eos & probatur in. d. l. j. in fi. & hic in generalitate dū dicit̄
venditorem emptoris iudicem sequi solere. ergo nō suū
quomodocunq; suus sit. confirma per ea quæ statim di-
cemus de clerico venditore qui non pōt causam trahere
ad iudicem suum ordinarium. & si dicas quare ergo iuris
cōsultus thema posuit in iudice ex priuilegio quū debuis

set potius ponere quæstionem in iudice venditoris de iu-
re communi vt casum magis dubiū redderet potentius,
est enim ius cōmune q̄ speciale. l. eius militis in. §. milita
missus infra de testa. mil.
Responderi potest sic forti fuisse in casu iuriscōsulto pro
posito. præterea quū ratio gn̄alis sit tota lex gn̄aliter in-
telligi debet l. regula in. § licet cū ibi not. per Bar infra de
iur. & fac. ignor. l. qd dictum cū ibi not. p scribentes ma-
xime Ias. supra de pac. & latius Cor. in suis singul. in ver-
bo alienatio penultimo & in verbo sportule.
Secundo amplia prędicta ut procedant etiam qn̄ vēdi-
tor solūmodo se opponeret in executione ut pulchre cō-
suluit pet. de Anch. in cōsi. 333. an dubia col. j.
Lim. mō hūc tex & prædicta* quando uenditor in cā 9
euictionis & per cōsequens ,pcurator in rem suā ad de-
fensionē causæ per alium mote ueniēs ,p interesse suo uel-
let opponere fori declinatoriā ex psona principalis in iu-
dicio conuenti ita post Inno. Pau de ca. & lanc. hic. qa ex
quo iudiciū fundatū est in persona principalis ad quē im
mediate pertinet declinatoria ueniens ad defensionē etiā
post lapsum terminū præfixū principali pro interesse suo
ex persona principalis illā opponere pōt sequitur roma.
in singul fol. 37. col. 4. in fi. cum principio sequētis ita pro
nunciasse in ardua causa dicēs & habet equitatē ne empto
ris negligētia & malitia noceat venditori quāuis ista nō
sit proprie limitū. ad hanc legē loquentem ubi uēditor ex
persona sua iudicium ad iudicem suum reuocare uellet.
non quando ex persona conuenti.
Exceptio tamen declinatoria principali cōpetens nō ex-
tenditur ad eius fideiussorē* ut per roma. in dictis singul. 10
fol. 38. col j. incipit nunquid fideiussor.
Secundo limit. quando uenditor esset clericus * qa rem 11
& causam ad iudicem suum & episcopum reuocare pos-
let ut hic p Pau. de ca. & Ang in insti de actio. in §. actio-
num col. x) habent enim clerici suos proprios iudices c.
clericū nullus xj quæstio. j si diligenti de fo. compet. sunt
enim clerici exempti a iurisdictione iudicis secularis. quū
sint res spirituales ex quo corpus et animam in seruitium
Christi deputarunt. c cui portio. xij. quæstione prima no.
Soc. in. c j. col. j. de fo. comper.
Sed hæc lim. nō est iuri cōsona ut per Abb. in. c. fi. §. fin.
col. xij ut lite non conte. postq̄ clericus non est reus prin-
cipalis quū ut diximus iudiciū dirigatur cōtra possidentē
non contra clericū licet clericus veniat ad assistēdū ut cau-
sa recte agatur ideo iura loquentia de iudicibus, cogno-
scentibus de causis clericorū ad hunc casum applicari nō
possunt. quia non agitur de causa clerici sed laici & istud
est principale quod attendendum est. non autem quod
uenit in consequentiā accessorie & indirecte. l. si quis nec
causam infra si cert. pet. & l. j. de auc. tut. ✠ & boni practi- 12
ci inchoato iudicio quicunq; ueniat ad defendendū cām
motā protestātur q nō intendunt deserere conuentū nec
mutare sed ius suū & iudiciū contra conuentū prosequi
hāc protestationē in singulis actibus repetētes actor enim
nō cogit̄ mutare nec liberare conuentū. sicq; defensorem
aīo mutandi iudiciū uenientē admittere. l. si mādato meo
§. j j. man. notant Bar. Bal Sal. & Pau ca. in. l. j. C. ubi in rē
actio. Ang. & Pau. hic Aret. hoc perpetuo notari mandās
in rub. institutū de excep. col. 9. & Soc. in consi. 91. col. fi.
lib. 3 ✠ Et hæc opinio q clericus uenditor uolens empto 13
rē defendere prout in casu. l. nostre illū defendere debeat
coram iudice seculari & iudicij inchoati nec possit ad ec-
clesiasticū causam trahere a scribentibus cōiter recepta est
ut per Abba. loco præalleg. Anchar consi. 333. Corn. in
consi. 79. in ulti. dubio libr. 4. Aret. in rubr. de excep. col.
x. Socin. pulchre in consi. 91. in ulti. dubit. lib. iij. ubi dicit
hanc opi communem & ab ea non esse receden. p allega
ta ibi per eū. & per Deci. in consi. dcc. & Anton. Burgos
in. c. fi. in quatuor ult col. De emp. & uen. cū alijs quæ alle
gauimus supra in primo no. q si iudex ecclesiasticus uolle

aquā ad eius molendinū trahere inhiberet iudici seculari
24 sub pena excōicationis ne in causa procederet✠verū illā
sibi remitteret iudex secularis de huiusmodi inhibitorijs
non haberet curare. quum ab illo iurisdictionē nō habeat
vt per Bal. in. l. j. col. fin. C. quomodo & quando iudex.
Alex in apostil. ad Bar. in. l. iudicium soluitur. j. eo. Soc. in
consi. 91 in. fi. & . 99. col. fin. lib. iij.

Ampliatur not. pdicta conclusio etiā φ clericus vēditor
ante litis cont. in principio iudicij cōparuisset & petijsset
causam ad ecclesiasticū remitti qcqd post Anch. & Ang.
Areti. dicat & cōsulat Dec. in consi. Dec. vt per Soci. in. d.
consi. 91. col. fi. & latius burgos in. d. c. fi. col x. responden
do rōnibus in contrariū facietibus. hocque probatur per
25 legem nostrā generaliter & indistincte intelligēdo.* No
ta tamen φ licet clericus veniens ad defendendū empto-
rem in causa contra eum mota super re empta non possit
ex propria persona rem ad iudicem suum trahrre & iudi
cem mutare tamen coram eodē iudice vti potest iure &
beneficio sibi cōpetenti ut per Anchar in cōsi. 333. Cor.
in cōsi. 79. col. fi. lib. 4 & Math. de afflic. in deci regni xv.
vbi vult φ minor veniens ad talē defensionem post pu-
blicationem testium possit testes de nouo ex persona sua
inducere non obstante publicatione testiū qa non debet
sibi denegari quod de iure cōi eidem cōpetit iuxta. l. mi-
nor. xxv. annis omissam supra de minor.

26 Tertia limit. in fisco venditore✠q reuocat causam ad iu
dicē suum. l iij. cū gl. magna in verli. si aūt cōtra emptorē
C. de iu fis lib. x. vbi si emptor emerit a fisco velut φ fiscus
illū defendere causa debet agitari corā procuratore Cesa-
ris qui iudex est inter fiscū & priuatum sequitur Pau. cast.
hic Iāce. tenet oppositū quia rationes & fundamēta quæ
militant in clerico militant & in fisco uēditore qd a verita
te alienū est, qa licet fiscus & ecclesia equiparētur l. si pro
curator cum not. infra de iure fisci tradunt Abb. & alij in
27 c. ij. de præcar.* id tamen non vēdicat sibi locū in clerico
vt p Anto. burgos in. d. c. fi. col. xij. De emp. & ven. q̄uis
dicta. l iij cū glo. nō probet ut per Aret. in rubr. instit. de
excep col. 12. & fiscus prærogatiua hac suffultus est vt
causam eum tangentem ad iudicem suum trahat. l. cum
vēdente. l. ad fiscum & toto tit. C. vbi cause fiscal. l. j. & . ij.
C. si aduer. fis. Et hæc est receptior scribētiū sententia. a qua
nō ē recedē ut hic p Pau. ca. Cor. in cōsi. 79 Soci. cōsi 91.
col. fi. lib. 3. & consi. 46. col. j lib. 4. Sed quomō hæc pos
sunt pcedere quum emens rem a fisco securus sit nec pos
set a domino rei conueniri aut molestari. sed conueniēdus
sit fiscus vsq; ad quadriennium tantum. l. bene a zenone.
C. de quadr. præscr. Responderi potest* φ lex illa non
28 procedit nisi pluribus interuenientibus ad quam dantur
multe limit. ex quibus facile euitari potest qd ibi dicitur
ut pulchre per Iac. de sancto Georg. in trac. feud. in verbo
princeps col. v. & . vj. Roma in singul. fol. 16. col. 4. & sul.
xlv. col. 4. Alex. in consi. 52 lib vij Soc. consi. 46 colū. v.
lib. 4. Fel. in. c. quæ in ecclesiarum. col. 13. de cōstit. Et Cur.
Iuniorem in consi. 142. cum sequenti.

Quarto lim & restringe cōclu. prædictā quæ hēt φ ue-
niens ad defenden cām contra aliquem motā opponere
possit exceptionem declinatoriā ex psona propria. vt nō
procedat quando priuilegiatus venit principaliter ad iu-
29 diciū pro interesse suo* puta emphiteota cōuentus a laico
aut colonus clerici conuentus in iudicio noiat clericū do-
minū qui uenit ad defendendum directum dñium & ius
suū pro interesse suo principaliter hoc casu remittendus
est ad propriū iudicē & ibi ordinandū iudiciū. quū in pso
na clerici sit fundandū ut per Abb. in. d. §. fin. col xij. Soc.
in præal. consi 91. col. vlt. Dec. consi dcc. Anto. burgos in
d. c. fi col. pen. & Math. de afflic. in decis regni. 15. 116. 217
cū alijs alleg. in primo no. Et si bene cōsiderabimus pri-
ma & vltima limita non sunt de terminis regule tex. no-
stri secunda de clerico non procedit. 3. de fisco solum pro
cedit pluribus cōcurrentibus vt dixi supra. Vltimo con
sidera si limit potest in ecclesia quæ fisco equiparatur. l. si.
C de sa. san. eccle. tradit burgos loco præal videtur idem
dicendum. tamen conclusio illa φ fiscus & ecclesia equi-
parentur non procedit nisi in certis casibus ut ibi per Ias.
in ij. col licet Dec. in. c. j col. 9. de probat. teneat oppositū
sed quando materia esset correctoria & stricte intelligen-
da etiam ipse Dec. ibi post mathesil. tenet equiparationē
hanc non procedere in proposito nostro idest qa corri-
geretur restringereturq; lex ista ergo tex præterea ut di-
xi iudiciū hic formatur contra emptorē non contra eccle
siam ergo ecclesia non debet posse reuocare ad suum iu-
dicē iudicium quod contra ipsam non est institutum.

Prædicta inducuntur per Bar. & scrib. ad aliā not qōnē
licet venditor veniens ad defendendum emptorem in li-
te contra eū mota non possit ex sua persona ut dictū est
iudiciū perimere aut mutare rem ad suū iudicem trahen-
do✠si tamen tertius cōsanguineus sit vel affinis uendito- 20
ris compelletur de dicta causa cōpromittere si secundum
formam statutorum cause affinium vel consanguineorū
compromittende essent* quia per compromissum nō di 21
citur fieri mutatio fori nec iudicis & locum habent rōnes
fundamentales prædicti statuti. veniatq; consanguineus
ad iudiciū & defensionē necessarius ut hic p Bart. & Pau.
de ca. est recepta & communis sententia ac tenenda quic-
quid studio contradicenti & impugnandi Barto dixerit
Bal. ut per Pau ca in. l j. col. ij C ubi in rem actio. Soc. in
dicto consi. 91. col 7 in fi. Ang. Aret. in rubr. instit. de ex-
cep. col xj. vbi attestatur se ita bis iudicasse idem voluit
Iaffran. in tract. de arbit. fol. 16. quæstio. 47. & Anto. bur-
gos in d. c. fi. col. pen reputans ualde not.

Et si in terminis l. nostre res euinceretur iudex corā quo
vēditor causam defendit* cognoscere poterit inter empt. 22
& uen in causa euictionis ad interesse uel ad duplum quū
hoc fiat in cōsequentiā prime litis arg tex. not in. l. cū ven
dente. C de sent. & interlo. om. iu. Are. consi. 48. col. ij. So
cin. pulchre in cōsi. 244 col ij & Fel. in. c. cū oporteat col.
fin de accusa.

Limitat̄ tamen prædicta cōclusio ut nō pcedat quādo
venditor esset clericus* qa non haberetur tunc rō. dicte 23
sequelle seu talis cōsequētie Ang. in. d. l. qui absente supra
de pcur. Ianc. hic ratione enim dicte consequentie erube-
scit lex inter uēditorem clericum & emptorē cum iudicē
facere quē clericus uolens non posset eligere. c. si diligenti
de fo compet. quæ ratio cessat in eo qui posset renuncia-
re fori declinatorie ut in dicto Pau. de ca. supra relato.

Postremo✠materiā euictionis de qua supra quia utilis 24
est & frequens si ad plenū scire & cognoscere volueris ui
de Bal. & alios in. l. si pater. C. de colla. Pau. de ca. in d. l j.
C. vbi in rem act. in. l. si actor supra de procur. in cōsi. 49.
& . 173. col ij. in antiquis. dū ponit qualiter consulatur. vbi
ille cui fieri debet denunciatio pupillus est uel absens. Ce
pol. in cautela. 134. Alexan. consi. 67. col. fin lib. ij. & . 67.
lib. iij. 24 vol. 4. 65 lib. v. & . 117. lib. vij. pra pap. in gl. pro
mittens de euict. supra alleg Io. de anna in consi. 38. Soci.
cōsi. 67. col. fi. lib. ij et in alijs supra alleg Dec in consi 74.
102. 119. & . dcc. Math de afflic. in locis prealleg. mod. in
§ morte & in. c. cum. M. in locis supra signatis.

Glo. prima est expedita in not. Secunda diuiditur in. ij.
partes in. i. assignat duas rōnes ad decisionē text. nostri in
ij facit illationē secunda est ibi & sic. rationes glo. not. sunt
& confirmari possunt per ea quæ dicta sunt supra cum
scriptis per Soc. in consi præal. 91 col fi. & burgos in. d.
c. fi in. x col. Nec obst φ tex noster videatur se fundare
super consuetudine ibi si qui solere quia resp. φ prædicta
consuet. fundata est in prædictis rationibus.

In secunda parte gl. uult not *φ sententia lata cōtra con- 25
uentū mādari possit executioni in bonis defensoris neces-
sarij Bar. Ang. Pau. & alij transeunt cum gl. allegātes pro
ea tex l si procuratorē in. §. si ignorantes ibi ex substātia
debitoris soluerint infra man. ubi lati' Bar ponit & Pau.

ca in auc.qua in ꝓuincia col.fi C. vbi de crim agi opor.
vbi dicit.§.si ignorantes esse ad hoc singul.sed debet sane
intelligi ut per Fel.in.c pen.col.4 de accus. Cuius resolu
tio nō caret diuinatione ut per Ias.in §. Caro in.viij. opp.
Bar col.xij vbi ꝑuin col.21.versi.successiue illū tex.no.de
clarat.ex qua declaratione apparet tex.illum paꝝū ad pro
positum facere maxime q a ut Fel.loco præal.post Bald.
dicit ille tex locum nō habet in ꝓcuratore ad iudicia sed
in procuratore ad negocia.

Sed qūo potest dictum glo.procedere. quum ageretur
reali ad rem certā & determinatā in qua re.non autem in
alijs facienda est executio iuxta.l.q restituere cū similibus
infra de rei ven.Ang.& Pau ca respondet ꝙ sententia vl
tra restitutionem rei continebat etiam aliud puta fructus
sumptus & iteresse ꝓ qbus fieri poterit executio in bonis
vēditoris et necessarij defensoris.d.§.ignorātes et sic opor
teret restringere conclusionem gl.respectu expensarū &
interesse qbus obstant etiā quæ supra proxime diximus
facio transitum ad legem exigere dotem.

EX .L. EXIGERE DOTEM.

Diligenter aduertendum est vbi agitur de lacte la
na & reditu num.1.
Rōnes dubitādi & decidendi plene excutiūtur.2
Dos exigi dēt in loco vbi maritus habuit domiciliū nō in
loco cōfecti instr̄i dotalis aut cōtractus celebrati regula cū
amplia.& pluribus limitationibus.3.vsq; ad finē.l.
Dotis lucrū quod a statuto defertur.an deferatur secundū
statuta loci mulieris.vel loci viri.4.cum sequ.
Tex.l.si fundus infra de euic.declaratur & ornatur nu.6.
locus contractus an potius attendatur q̄ locus destina
te solutionis.6.cum sequenti.
Forus domicilij potentior est omni alio foro.9.
Statuta de lucro dotis loquētia an vendicent sibi locum
in sponsa.12.
Domicilium constituitur & mutatur pro libito.14.
